

fua perdidit . Deinde postulant, ut sui ratio haberetur, cum possent in locum meliorem restitui, responsum est ab oraculo:

Nitros in videri dicitur hanc suam materem . id est, Dimidium quam sit toto praestantius, istud Haud novit scilicet

Erasmus in proverbibus, ex Suida . Demosthenes orator accepto a patre, qui eo septimum aetatis annuagentem deceffit, lauto patrimonio (taxatum fuit enim univ. quinquedecim fere talentis) damno affectus a Tutoribus est : qui id partim averterunt, partim negligenter curaverunt, ut praeceptores ejus etiam fraudarent mercede . Quod quidem fuit in causa, ut honestarum, & ingeniarum artium fuisse videatur rudis, simul quia ob imbecillitatem corporis, & teneritudinem abstineret cum a laboribus mater, nequeurgerent pedagogi . Plut. in Demosthene .

PUPILLI ERGA TUTORES PERFIDI.

Cum Lucumone Aruntis, clari apud Hetruscis viri, apud quem a puero educatus fuerat uxorem clam corrupisset, & propalam per vim abstulisset, vir jure penas persecutus, postquam frequentia amicorum, magnitudine pecuniae, sumptibus superatus fuit a Lucumone, ex patria profugit, atque ad Gallos, de quorum viribus audiverat, contulit se, illisque se in Italiam expeditionis ducem praestitit . Plut. in Camillo .

Augustus Triumvir C. Toranium proscriptit, qui patri ejus in adilitate collega, & ipsi pupillo optimus tutor fuerat . Fulg. lib. 5. cap. 3 .

Amurates Turcarum Imperator abdicato regno, Mahumeto secundo filio illud commisit, tutorem ei dans Calibassam bellicis rebus exercitissimum virum . Verum cum Johannes Hunniades de improvviso collecto exercitu, Turcarum fines infestaret, Calibassa Amuratis & monasterio evocandi auctor fuit, ne Turcarum res destituta capite periclitarentur . Qui Hunniadem ad Bassiliam cruento praelio viciit . Rem inde potius Mahumetes, captiva Constantinopoli, Calibassam, tanquam Constantino Imperatori Turcarum consilia prodidisset, per miseris cruciatu vitam eripuit . Ingentes, quas cumularaverat opes, exitio ei fuisse traduntur, & quod Amurates ex privata vita revocasset ad regnum . An. Syst. cap. 8 .

PERFIDI ERGA QUOSVIS, POLITICA INTER SE, & quidem aequali necessitudine junctos . Utpote .

ERGA POPULARES CIVES .

Cautum erat lege Moesaica, ne quis Judaeorum ullo confanguineo suo uteretur servo, sed ad statutum tempus manumitteret . Itaque sub Sedecia rege ejusmodi manumissio multis anis intermissa, revocata fuit, & omnes servi libertate donati . At non multo post, Dominus, quos servos, & ancillas manumiserat, eosdem rursus servituti subiecerunt . Qua re offensus Dominus, per Hieremiam Prophetam extrema illis minatus est, & Babylonicam captivitatem . Jeremie 44 .

ERGA COLLEGAS, REGNI SOCIOS . COLLEGA

perfidi .

NON OBEEDIENDO .

Josephus Zachariae filius, & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilaeam contra Ptolemaiden, Juda vero, & Jonatha fratrem & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Jamniam venerunt . Ubi armis excepti a Gorgia ejus loci praefide, amiserunt ad duo milia militum : nec prius destituerunt fugere quam in Judaea finibus . Haec autem clades merito illis accidit, ob contemptum Judae mandatum, qui interdixerat, ne se absente manus cum hoste confererent : neque enim illi ex ea progenie erant, per quam Dominus populum suum liberare volebat . Joseph. lib. 12. cap. 12. ex 1 Mach. 5 .

Q. Fabius Maximus Dictator, qui Annibalem in Apulia cunctando observabat, in agro Latinati, Reipublica causa Romam accesserit, cum celeriter sibi proficiscendum esset, M. Minutius magistro equitum denunciavit, ut sese loco teneat, neve absente se cum hoste manus confereret . Sed accidit post discessum ejus, ut M. Minutius praceptorum immemor, hostium manum adoriretur, frumentatum ab Annibalemistam, palanquem per agros cum multa caede in castra conferret . Exemplo hujus rei fama Romam perlata, audaciam tutoribus, veluti adepta victoriae nomen obtinuit, ac ita

multitudinis implevit aures, ut repente se, ex magistro equitum, quod ante id tempus contigit nunquam, cum Fabio E Dictatore aequatum imperium . Hanc injuriam sibi indigno illatum magno animo ferens Fabius in castra revertitur . Jam duo Dictatores uno tempore erant, res ante eam diem inaudita, divisivique inter se copias, sicuti Consulibus mos fuit, pari imperio exercitibus praerant . At M. Minutius ex rebus tantam sibi arrogantiam sumserat, ut quod vis Annibaltices victor aunderet, ausus sit quodam die inconstituta collega certamen inire, ac in eum locum copias suas perducere, ubi Punicis infidias circumventis, ad arbitrium hostium cadebantur, nec ullam evadendi viam habebant, nisi Fabius publicae salutis magis, quam acceptae injuriae membor, in tempore subvenisset . Nam recentibus copiis certamini perveniens, haud dubie terruit Pennum, & facultatem legionibus Romanis dedit, ut sese in locum tutum reciperent . Maximam hinc virtutis, & prudentiae famam cum apud suos, tum apud hostes se Fabio consequutus . Nam & Annibalem in castra redeuntem dixisse tradunt, eo praelio a se M. Minutium, se autem a Fabio esse superatum . Et ipse M. Minutius cognita prudentia viri, juxta Hesioidi sententiam, meliori parandum ratus, cum omnibus copiis in castra Fabii venit, magistratue depositio, honorificentissimis verbis patrem Fabium salutavit . longaeque is fuit cunctis militibus latissimus dies . Auditor vitae Annibalis, & Plut. in Fabio .

C E D E R .

Aratus Sicyonius Achaorum praelio, veteri consilio incumbens, & iniquo animo ferens viciniam Argivorum tyrannidem, egit per nuncios cum Aristomacho tyranno, ut conferret, & adjungeret eum civitatem Achaiae, atque Lythadis Megalopolitani exemplo mallet tanta gentis cum laude, & honore esse prator, quam cum periculo, & invidia unius tyranni civitatis . Assensus Aristomachus mandavit, ut quinquaginta talenta sibi Aratus mitteret, quod absolveret & dimitteret milites suos . Tyrannide deposita, anno post Achaorum prator creatus est . At postquam Antigonus potitus est Acrocorintho, Aratus prator ab Argivis creatus, suavit is ut Antigono tyrannorum, & proditorum pecunia donata, Aristomachus Cenchraeis exercituum submergeret . Qua de causa pessime audivit Aratus . Plut. in Arato .

Bello Mutinensi cum Hircius in acie, Panisque paulo post ex vulnere periissent, rumor increbuit, ambos Consulibus opera Augusti Caesaris occisos : ut Antonio fugato, Republica Consulibus orbata, solus victoribus exercitus occuparet . Panis quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset . Adiciit hic Aquilius Niger, alterum est Consulibus Hircium in pugna tumultu ab ipso intererunt . Suetonius .

Theodoricus Ostrogothus, tota Italia fere occupata, Odoacrem regem Herulorum Ravenna obsidebat . Obfessi fame, obsidentes desperatione agebantur . Tandem cum Theodoricus periisset, ut aequo cum Odoacre imperio Ravennam & regnum Italicum obtineret, Odoacer assensus est . Ita isto in hanc conditionem fodere, Theodoricus obsidionem laxavit, ac primum Classe oppidum inivit, deinde Episcopo cum Clero, & Sanctorum reliquis obviam procedente, Ravennam, a suis rex acclamatus, intravit, ac secum Odoacrem in Palatio, quod Hilarium appellabatur, amicum, ac familiariter habuit . Post aliquot dies, ut apparet, quum infida omnis regni esset societas, eundem, partem Italiam ex federe pacto sibi attribuit postulantem, ad convivium invitavit : atque infidias sibi ab eo paratas crinatus, ut ibi ipsum cum filio, ac primoribus ejus per dispositos sicarios interfecit . Sigonius lib. 15. Imp. occid .

CALUMNIIS, CRIMINATIONIBUS .

L. Sylla, occupata urbe, pulsoque Mario, quod odium plebis leniret, Consulatum creavit ex adversis partibus L. Cinnam devotionibus, & jurejurando adactum, pro se facturum . At initio magistratu acturum moliri cepit res novas, ac iudicium Syllae est machinatum, accusatoremque apposuit unum ex Tribunis plebis Virginium . Quo ille una cum subellis relicto, contra Mithridatem esse profectus . Plut. in Sylla .

C. Marius, cum a se consulatus longè abesset, & jam septimum annum post praturam jaecret, neque petiturus unquam consulatum videretur, Q. Metellum, cujus legatus erat, summi virum, & civem, cum ab eo Imperatore suo Romam missus esset, apud pop. Rom. crinatus est bellum illud ducere, si se

Confulem fecissent, brevi tempore aut vivum, aut mortuum A Jugurtham se in potestate pop. Rom. redacturum . Itaque factus est ille quidem Consul : sed a fide, justitiaque discedit, qui optimus, & gravissimum civem, cujus legatus & a quo missus erat, in invidiam falso crimine adduxerit . Cic. lib. 3. Offi .

EJECTIONE .

C. Jul. Caesar lege Agraria promulgata, obnunciantem collegam M. Bibulo armis foro expulit . Ac postero die in Senatu conquectum, nec quomquam reperto, in eam coegit sternatione referre, aut censere aliquid aunderet, in eam coegit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret . Unus ex eo tempore omnia in Republica, & ad arbitrium admittitavit : ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum testandi gratia signarent, non Casare, & Bibulo, sed Julio, & Casare Coss. actum scriberent, vis eundem prapontes, nomine, atque cognomine, ut vulgo mox ferrentur hi verus : Non Bibulo quicquam nuper, sed Casare factum est : Nam Bibulo fieri Consul non memini . Suetonius

B ERGA SOCIOS, ET CONFEDERATOS, AUXILIARI PERFIDI IN GERERE .

Conradus Germanorum rex, anno 1147. & Ludovicus Francorum rex, cum exercitu ducentorum millium Constantinopolim venerant . Ibi recreato opportuna Manuели Imperatoris affinis liberalitate exercitu, mare trajecere : accepitque itineris ducibus Graecis nonnullis, in Lycaoniam se ad Iconium duci, quod a Saracenis tenebatur, praeeperit . Graeci vero sine jussu Imperatoris, sine odio nationis, sine invidia laudis adducti, Ludovicum in Cappadociam longe diverfo itinere per deserta, ac difficilia loca duxerunt, in quibus acerba omnia incommoda exercitui perpetenda fuerit . Nam Athacis mirificam in praebendis comaeibus malignitate adhibuerunt, siquidem clausis oppidorum occurrencentium portis non solum anguste cibum de muris ingenti ante accepta pecunia porrexerunt, sed panem etiam gypso tabefactum deserunt . Itaque aliis inedia, aliis morborum gravitate absumptis, reliqui irumpentibus recenter Saracenis objecti, eorum sustinere impetum nequeverunt, atque in fugam conversi plerique aut capti, aut intercepti sunt . Sed & comaeate specie gypsum farina immiscevere Graeci, ita ut brevi magna militum pars interierit . Qua calamitate accepta Conradus retrò ite convertit, atque Ephesum progressus, inde Constantinopolim versus vis cum decima copiarum parte descendit . Proinde cum Manuели nomen Francis odiosissimum esse coepisset, qui Christianis tam exitialia, ac pestiferum consilium dederat : Rogerius Sicilia rex bellum illi indixit, indicium fortiter gessit, vultata omni ora Graeciae : & tandem per suos duces in Byzantium, impetum fecit, quo adeo ingenti classe exercitum traduxit, ut suburbia igne, & flamma consumeret, in Imperatoriam domum, regioque hortos, sagittas argentatas, aureasque mitteret, ac omnia finita loca incendio devaeraret . Sic e manibus Barbarorum incolumem Ludovicum Francorum regem confanguineum etipuit, ut in Franciam rediret . Sigonius lib. 11. regni Italici .

In expeditione Hierosolymitana, Petri Eremitae ductu incepta, dum in Lycaonia stativa caeteri habent, Balduinus Belga (is, qui postea Hierosolymitanus rex creatus est) & Tanceredus Apulus (qui Ciliciam virtute sua meruit) e castris cum suis uterque turmis ad tentandas posteriores urbes profecti, recepta Lycia, Pampyllaque diversif abeunt . Apulus Ciliciam petiit, & Tarsum deudentibus oppidanis, victis prius Turcis, occupat . Superveniens Belga, cibo relictus, conspicitur signa Apuli in hostium muris : atque inde controvertita orta, quod admitti se in partem recipiendi oppidi opulentissimi aequum censebat, nec communi militia praecipuam esse Apulorum causam . Et parum abfuit, quin utriusque miles a controversia verborum ad arma descenderet, lato Turcis spectaculo . Cives Tanceredi aequos erant, sed terribi Belgarum minis, amoti Apuli signis, Balduini signa in turbibus posuere . Apulus Belgae copias impar, fremens, frendenque ad alia oppida bellum circumtulit . Trecentaria interem cohors a Tarenino ad Apulum milia sub eam sorte noctem, quae diem recepte vix infecuta est, Tarsum pervenit, rata Tanceredum se ibi inurbentum . Ubi profectum accepit, Balduinum orabant, ut nocte opprimente se moribus reciperet . Ingressi prohibuit : tantum cibaria in cenam perfunctes in sportis demisit . Sub dio pernoctarunt, ignari urbis

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI .

partem a Turcis obtineri . Labore itineris fessi, ciboque graves, sine metu temere corpora fomno sternunt . Turca E silentio noctis conglobati, moribus egrediuntur . Offendunt corpora hominum passim jacentium, non ambigua fide hostes eos esse . Caedes nullo negotio velut muti peccoris facta, ad unum omnes interempti . Continuo accensus ira miles, vociferantque fortissimos commilitones a Balduino proditos hostibus, quod ingressi eos urbis arcuisset, malum illi minitabatur, nec furor militaris prius fedari potuit, quam fide facta, Balduinum a Tarfensibus jurejurando adactum ante duceum adventum nullam praeterea manum in urbem se introducturum . Jam Apulus vicis, castelliisque quam plurimis partim vi, partim voluntate receptis, Manufram urbem validissimam, ditissimamque, impetata facere abnuentem expugnarat, militemque futum locupletarat, cum rursus Balduinus assuit, partem istius etiam praedae possens, ut bello, expeditioneque communi . Nova ira pristinae addita indignationi, virum impigrum, ingentisque spiritus acris incendit . Repentinum impetum in castra Belgarum nondum permunita facit, caedemque edit . Cum ad arma conclamatum esset, viribus inferior, coactus esse recipere se in urbem . Interea ira mitescente, cogitatio fraterni nominis, commilitumque animos fubiit, reconciliavitque . Comprehensive redditu, ac dextrae interjunctae . Amilivus libro 4 .

IN SPECIE, Videlicet Occidentia .

Saul rex Gabaonitas, contra faedus, quod Josue cum illis percusserat (Josue 9.) ad interfectionem perdere conatus fuerat, ut Judais, & Israelitis gratificaretur, indignè ferentibus solos illos ex Amorrorum reliquiis inter Israelitas superesse . Propter id facinus, mortuo Saul, fames & sterilitas exsiccata maxima univ. Israelitas triennio integro afflixit . Consulto oraculo, responsum tulit rex, expiandum esse Sauli facinus contra Gabaonitas . David ergo petentibus Gabaonitis septem de Sauli familia superlites mares dedit : quos illi ad Gabaam in monte crucifixerunt, duos nimirum Kephon cubinae ex Saul filios, Armon, & Mephiboseth : & quinque filios Adrielis Berceellai ex Michol Sauli filia . Quibus crucifixis, fames cessavit . 2. Reg. 21 .

Diodorus, Tryphon cognomine . Vide supra, Tutores erga pupillos perfidi .

Alcimus sacerdos cum pessimis ex Israel ad Demetrium Asiae regem defecerat : & coacto exercitu cum Bacchide regis praefecto venerat contra Judam . Tunc Athydeis, qui de stirpe Israelis erant, amicum se ostendens, juravit nihil se mali illis illaturum . Sic deceptos, atque evocatos cum comprehendisset, sexaginta ex ipsis die una necedit . Marul. l. 3. c. 6 .

Mithridates Ariobarzanis praefecti Joniae filius, pollicitus erat regi Artaxerxi, se Datamen interfecturum, si ei rex promitteret, ut quodcumque vellet, liceret impunè facere, si demque de ea re, more Persarum, dextram dedisset . Hanc ut recepit a rege, copias parat, & absens amicitiam cum Datame facit . Defecerat autem a rege Datames, & Paphlagonia occupata, omnibus praelis superior fuerat . Ergo Mithridates regis provinciam vexat, castella expugnat, magnas praedas agit : quarum partem suis disperit, partem ad Datamen mittit : pari modo complura castella ei tradit . Haec diu faciendo, persuasit homini, se perpetuum adversus regem suscepisse bellum . Interea quoque, ne quam suspicionem illi praberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, H neque in conspectum venire stituit . Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutis, sed odio communi, quod erga regem susceperat, contineri videretur . Id cum satis se confirmasse arbitratus esset, certiorum fecit Datamen, tempus esse majores exercitus parari, & bellum cum rege suscipi : de qua re, si ei videretur, quò vellet, in colloquium veniret . Probata re, colloquendi tempus sumitur ; locuque, quò conveniret . Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notavit . Ipo autem colloquendi die utriusque locum, qui exploraret, atque ipsos feruntur aut, mittunt : deinde ipsi sunt congregati . Hic cum aliquandiu in colloquio fuissent, & diversi discessissent, jamque procul Datames abesset : Mithridates, praequam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat positorium, confedit, ac si praesens locum cuperet quiescere, Datamenque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum : interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina

veste texit, ac Datami venienti ait, digredientem se an-
 madvertisse locum quemdam, qui erat in conspectu, ad
 castra ponenda esse idoneum. Quem cum digito monstra-
 ret, & ille conficeret, adversum ferro transiit: & prius
 quam quinquam posset succurrere, interfecit. Ita ille vir,
 qui multos consilio, neminem perfidia cepert, simulata
 captus est amicitia. *Probus, & Plur. in Datami,
 Polyani lib. 7.*

In excidio Hierosolymitano, Simon Gerasenus latronum
 dux, Matthiam Boethi filium pontificem, cujus opera in civi-
 tatem erat admissus, accusatum, quod cum Romanis sentiret,
 & ne purgationis quidem facultate concessa, cum tribus filiis
 interemit. Prius autem se quam filios occidi obsecrantem, &
 hanc pro illa, quod civitatem ei aperuisset, gratiam postulan-
 tem, ut augetet ejus dolorem, novissimum juslit interfici
Josephus lib. 5, cap. 15, Belli Judaici.

Lisander Lacedaemoniorum dux, cum sub amicitia specie
 octingentos ad se Milesios vocasset, à militibus suis omnes
 interfici juslit: eodem facto perfidiam immanem, atque cru-
 delitatem ostendens. *Fulg. lib. 9, cap. 6.*

Agathocles Syracusarum tyrannus, Carthagine obli-
 dione premens, in auxilium accersivit Ophellam Cyreneo-
 rum principem (unum ex his, qui sub Alexandro Magno mili-
 taverant, Miliciadi Atheniensis filiam in uxorem habentem)
 & pro eo beneficio ei Africa imperium promittit. Agathocles
 enim Siciliam sufficere, si ipsi liceat securè ab omni Cartha-
 ginensium metu liberato, tota insula potiri. Præterea vicin-
 iam esse Italiam ad Imperii amplificationem, si majora app-
 petat: Ophellam Atheniensium societate contracta, egregium
 exercitum per insensibilissima serpenticibus loca, plusquam duo-
 rum mensium itinere cum summa miseria continuato, vix
 tandem ad Agathoclem perduxit. Agathocles Ophellam obvi-
 am profectus, & omnibus ei comiter suppeditatis, ut cor-
 pora à laboribus debilitata curet, monet: & cum diebus ali-
 quot expectasset, & singulari, quæ in castris fierent considerat-
 set, postquam plerique militum pabulatum, & frumentatum
 exierat, Ophellam apud suos tanquam insidiatorem accusat:
 & multitudinem exacerbata, confessum adversus Cyrenos in-
 struendum exercitum educit, Ophellam in prælio occidit.

Agathocles reliquam multitudinem arma ponere cum coegit-
 set, & sibi omnium animos magnificis pollicitationibus con-
 ciliasset, omnibus copias potuit. At non multo post, quo
 mense, & die Ophellam necavit, eodem ei duo filii perierunt,
 ab exercitu trucidati, & exercitus ad Carthagenenses defecit.

Diodorus lib. 20.

Sub Nerone Imp. Scithopolitæ cum bello pererentur à Ju-
 daeis exteris, coegerunt suos Judæos contra tribules arma su-
 mere, quod tamen Judæorum vetum est legibus, horumque
 ope hostes proligati sunt. Post victoriam autem oblii fidei
 sociis iniquis debita, omnes occiderunt, cum essent multa
 hominum ejus gentis millia: nec mitius tractati sunt Judæi
 Damasci incolæ. *Josephus in ejus vita.*

Theodebertus Gallorum rex, dum inter Virigim Gotho-
 rum regem, atque Belisarium, Justiniani in Italiam expedi-
 tione ducem, de Italia regno decertaretur, in Italiam
 cum centum pugnantium millibus ab initio tanquam ami-
 cum venisse se simulans, ut inter confederatos ortum bel-
 lum sua auctoritate sedaret, posteaquam copias Padum tra-
 jecit, apud urbem Papiam in Gothorum castra impetu fa-
 cito, caelestis. Cujus rei cum nullam adhuc haberet noti-
 tiam, Martinus illic propinquus, qui Imperatoris copiis
 præfectus erat, Belisario per id tempus urbem Auximum ob-
 sidente, ultro Gothi occurrens, ut repente eorum tum-
 guæ causam cognosceret, in Gallos victores incidit, à qui-
 bus prælio superatus est. Galli post ad tantam rerum inopiam
 redacti sunt, ut carne, atque aqua tantum vitam du-
 cere coacti, dysenteria magna ex parte perierint. *Fulg. lib.
 9, cap. 6.*

Urbinitibus receptis Cæsar Borgia, dux Valentinus, omnes
 eos, quos sua tyrannidi ex Italica principibus impedimento
 esse posse censebat, pro hostibus habens, Senogalliam profec-
 tus, ubi civibus sine mora se dederunt oppido est potitus,
 Ursinæ gentis principes eos ipsos, cum quibus paulo ante
 fedus perculerat, quique fecum una venerant, defectionis
 prætextu crimen contra datam fidem denuo obiciens, omnes
 in vincula conjecit: eaque de re Alexandrum Pont. anno Salu-
 taria humanæ quadragesimo quadragesimo nono, legatos
 ingenti cum auri pondere in Germaniam misit: ut esse merce-
 narium militem ad patriam adversus Scotos, & Pictos tutan-
 dam adducerent in Britanniam. Fuere id temporis inter Sa-
 xones (ita omnem Germaniæ maritimam gentem, auctore
 Beda

ab Cæsare in vincula partim nocte proxima, reliquis in Sen-
 nium fines adductis, quo Cæsar cum exercitu contendere
 laqueo gula fracta. Idem vitæ finis Venancio, & Octavia-
 no adolescentulis, Camertium regis liberis captis à Cæsare Fi-
 fauti datus. *Bembus lib. 6, Venetæ historia.*

Petrus natione Gallus, tertius Latinus Imperator Constans-
 tinopolis, cum Henrico in eo imperio successit, atque eodem
 tempore Theodoros Comnenus Græcus, veluti Imperator
 cam Macedonia partem obtinere, cui vulgò Albaniam nomen
 est, ambo in colloquio venerunt, atque colloquio fedus
 addiderunt. Comnenus cum in Gallicis castris cum Petro, ut
 palam imita pax declararetur, pransus esset, postredie ad epulas
 in castris suis Petrum exceptum cepit, atque in carcere occidit.
Fulgosius lib. 9, cap. 5.

Antonius Spinula à Genuensibus Corficæ præfectus,
 cum data fide, in consilium, ac simul in convivium multos
 Corforum principum vocasset, contra datam fidem
 caput omnibus admittit. Cujus perfidiam etfi Genuenses
 nequaquam probantur, mimè tamen uli sunt: quoniam
 veneno à Corfis sublatum, nunquam in patriam re-
 versus est. *Idem l. 9, c. 6, Ex.*

Insidiando.

De Codridarum familia fratres in Phocæa gemini fuerunt
 Phobus, & Blephus. Ex his Phobus relicto Leucadibus rupi-
 bus ipse mare principem ingressus est: ut Lampacensem Cla-
 ron memoriam prodidit. Hic cum potens, & indignatione
 esset regia, in Pradium negotiorum suorum privatorum cau-
 sa trajecit. Amicitia ei, & jus hospitii cum Mandrone apud
 Bebrycas regnante, quos vocant Pityofenos, intercessit:
 opemque eis adversus accolas, qui eos infestabant, tulit, ac
 focia arma junxit. Mandron dum ala mirifica comitate Pho-
 cum profectus abeuntem est, tum in partem agri, & urbis,
 si adducere incolas Phocenris vellet, & constituere domici-
 lium Pityocæsæ, vocavit. Ille civis cō impulsit, fratremque
 cum incolis misit. Non fellit eorum expectationem Mandron.
 Sed dum opimas manibus prædatis à vicinis barbaris
 agunt, invidiam primum movent, deinde à in suspicio-
 nem venit Bebrycibus. Qui cum hos cuperent perditos,
 Mandronem non potuerunt probum virum, & æquum Gre-
 cium sententiam suam adducere. Absente igitur illo telure
 Phocenas parabant. Mandronis filia virgo Lamplace
 insidias odorata est. Ea primum cepit amicos, & necessariis
 detertere, atque ob oculos ponere, quam fedum facinus,
 & nefarium conceperit, qui bene meritos, & socios, nunc
 etiam civis, intemerent. Ut nihil proficit, Græcis clam
 detegit consilium, monetque ut caveant. Hi sacra quadam
 & epulum apparant, invitantes Pityocenos in subur-
 bium. Ipsi bipartiti hinc muros occupant, hinc civem stru-
 cidant. Ita post oppido, Mandronem ad Republicam
 unâ capessendam accersunt, Lamplacem magnificè egerunt
 ex imbecilla valetudine defunctam, urbenque ipsius nomi-
 ne appellat Lamplacem. Verum metuens suspicionem Man-
 dron proditoris, habitare non sustinuit apud eos: sed libe-
 ros interemptorum, & conjuges ut permitterent sibi, postu-
 lavit: quos ad eum nulla vi illata injuria promptè miserunt,
 Lamplacæ memoriam primum collocunt inter heroidas, de-
 inde sacra ei velut dea publico decreto, quæ etiam nunc ma-
 nent solennia, constituerunt. *Plut. de Virtut. mulierum.*

Imperium invadendo.

Cum hanc causam Lacedæmonii distastent sibi esse bel-
 li, quod jam xxvii. anno gerebatur, ut Atheniensium
 impotentem dominationem refrigerent: postquam est po-
 tuit, Egos Thraciæ flumen Lyfander dux classe hostium apud
 potitus, nihil aliud molitus est, quam ut omnes civitates
 in sua teneret potestate, eum id se Lacedæmoniorum
 causa facere simularet. Namque undique qui Athenien-
 sium rebus studiosè egerat, decem delegavit in unaque
 que civitate, quibus summum imperium, potestatemque
 omnium rerum committeret. Horum in numero nemo ad-
 mittebatur, nisi qui aut ejus hospitio contineretur, aut se
 illius fore proprium fide confirmaret. Ita decemviri pot-
 estate in omnibus urbibus constituta, ipsius nutu om-
 nia gerebantur. *Plut. in Lyfandro.*

Vortigernus five Vortigerius, Britannorum rex, Scotorum,
 Pictorumque armis pressus sub Valentiano III. anno Salu-
 taria humanæ quadragesimo quadragesimo nono, legatos
 ingenti cum auri pondere in Germaniam misit: ut esse merce-
 narium militem ad patriam adversus Scotos, & Pictos tutan-
 dam adducerent in Britanniam. Fuere id temporis inter Sa-
 xones (ita omnem Germaniæ maritimam gentem, auctore
 Beda

Beda, tum appellabant) duo fratres germani, veteri Re-
 gum stemmate oriundi, Hengistus & Orsus, militem
 armum apprime docti. Hi conditione accepta, lectis decem
 militibus, cum triginta triremibus, rostratisque
 navibus (Beda trium tantum longarum navium meminit) in
 Britanniam transiit. Adventantes grativiro animo accepit
 Vortigernus, quo regnum, & caput suum propius rebarat
 esse periculo. Prælio primo contra Scotos, & Pictos inito,
 cum animo dereretur. Hengistus Britannos multo segnius
 quam viros deceret pro aris, & sicque pugnantem decertare,
 gentis subigendæ cogitationem primam suscepit. Altero præ-
 lio, Britannici exercitus majore parte amisso, Hengistus vic-
 toria potius, ne non esset vicinus hostis, quem Britannii
 formidarent, Scotis persequendis abstinuit: ratus id ad Bri-
 tannicum regnum occupandum nonnihil sibi profuturum.
 Regi inde auctor fuit, ne esset gentes reparatis copiis in
 Britannorum agros irumperent, ut cohortes ex Britannicæ
 regionibus scriptæ, per vias juxta Tinam amnem excubantes,
 sequenti hyeme hostium impetus prohiberent, revera
 autem, ut Britannii ab hostibus debilitati, à Saxonibus fa-
 cilius subigerentur. Hac arte decem millia per cam hycem
 cum ab hostibus castra fuere. Pollicebatur interim sese novas
 copias à Germania accitutum: quarum accessione auctæ Saxo-
 num, Britannorumque vires, ad prima aestatis signa in
 Scotos, Pictosque moverent. Vortigernus Hengisto pro
 concione laudato, & donato, totius belli administrandi
 summam permittit: facta potestate, quæ ad bellum consi-
 dendum foret necessaria, in Germania, & in Britannia,
 sumptu publico comparandi. Hengistus interim, ne Vorti-
 gernus, majorum suorum consilium forte mutaret, ei assiduum
 adest, veluti de rei summa consultaturus. Interea quin-
 que Saxonum millia, cum uxoriis, & liberis octodecim
 Libaricis delata à Germania, invitant Hengisto in Britan-
 niam venire. Cum his Hengisti conjux, & Roxiena filia,
 virgo incredibili formositate, decem quoque viri illius gen-
 tis illudris: locus illis in agro Eboraceni datus. Tertio
 prælio victori Hengisto supplicationibus decretis, per missum
 (piorum cæteris, Episcopisque plurimum ad verstantibus)
 etimico more, idolis litare. Jam cum Aurelius Ambrosius,
 & Uterus, Constantini regis filii, & in Armorica Gallia re-
 gnum dicerentur repugit, Vortigernus vehementer per-
 turbati, cum oraculo accepisset, adhuc addecentis, se Am-
 brosii armis sacrum. Hengistus regem consolat, omnem
 Americani belli vim, si quod instaret, in se, atque Saxoniam
 gentem accipere, ea lege, ut Saxonibus duce Orfo fratre ab
 Eboraco accit, maritimæ Britannicæ locis, Galliam specta-
 ritas, quod eo hostes venturos cumctis esse fuplicio, uribus,
 ac munitioibus, impensæ, ac comætu virum tribus, consi-
 siderent. Hominem inde Germanum, simulatum Britannum
 subornavit: qui se in Pithlandia paucis ante diebus fuisse di-
 cere, bellumque ibi & à Pictis, & à Scotis summa ope parari
 in Britannos: artificesque delectos, variis accitis ex locis, in-
 gentem ad id bellum instruere apparatum omnia ibi armis
 streptentia, vicinis gentibus extremum pro viribus malum pro-
 pediem intente: addere & illud, in Hengisti necem, cen-
 tum florenti ætate juvenes, quibus nec vulnera, nec mors cur-
 get, conjugasse. Vortigernus proinde justo accitus Oeco
 Hengisti F. cum decem millibus Saxonum, iisque datus ager,
 D qui inter Humburum fluvium, & Pictorum agrum interjacet.
 Ferunt eam regionem tum primum Saxonicum nomen, Nor-
 thumberland, id est, terram ultra Humburum ad Aquilonem,
 Latina inflexione Northumbria, cum antè fuisse variis
 nominibus diversis in partibus appellata, Occa auctore forti-
 tam. Uxor inde Hengisti salutandæ causa Londisiam profec-
 tus rex, ab Hengisti conjuge, ac liberis regio more exceptus
 fuit. Tum Roxiena (Polydorus nomine vocat) Hengisti
 filia pulcherrima, ad Regem vino radentem, paternam fe-
 rens, uti mandaverat pater, accessit, inquit: Hoc tibi, Rex
 inclyte, propino. Vortigernus accepto cyatho, virginem am-
 plexu susceptam, juslit sibi assidere. Multa inde cum Roxie-
 na confabulatus, & cæco igne correptus, nec prioris justu con-
 nubii, nec religionis reverentia, Roxienam tradente Heng-
 isto sibi devinxit matrimonio: Cantuicumque, Britannicarum
 regionum præstantissimam, ei liberè erogavit, oppidis, mu-
 nitionibus ac vicis regionis illius in Saxonum cedentibus pote-
 statem. Extemplo Saxonum cum conjugibus, liberis, & for-
 tunis undique illic commigrantes, veteribus pulsis incolis,
 aut additis servitutis, suas ibi constitueret sedes. Eam re-
 gis infamiam cum Vodinus Londinensis Episcopus reprehend-
 dit, ab Hengisto cum suis, diris supplicis affectus est.

Occa interim patris instindu Eboracum occupat, arces ex-
 pugnat, nobiles sub prætextu consiliorum cum Pictis com-
 muniturum interfecit. Hengistus Vortigerno Londini re-
 relicto ad suos in Cantium abiens, sese Cantii regem appel-
 lat: mandataque vicinis Britannis, ut relictis agris sibi
 sueque genti, ipsi alio ad habitandum concederent. In
 non obtemperantes illico immaniter defevians, senatum
 omnem, ac nobilitatem tollere conatur. In eo motu nihil
 cuiquam Christiani nominis tutum: templa, loca sacra, &
 profana in Cantio, ac vicinis regionibus, ethnica feritate
 promiscue sunt feedata: sacerdotes servilibus adhibiti operi-
 bus: Virgines, dirutis cœnubiis, aut Saxonibus matri-
 monio cedere, aut immania perpeti tormenta sunt coactæ.
 Horum indignitate Britannia proceres moti, Vortigernum
 regem in vincula coniectum, carpento in Cambriam avexe-
 runt, ubi per aliquot annos in publica custodia est detentus,
 in ejus locum Vortigero filio substituto. Vortigernus
 Scotorum, & Pictorum auxiliis Hengistum ejecit. Eo
 per venenum sublato, Vortigernus populi voluntate è cus-
 todia educus regnare justus est. Hengistus interim è Saxo-
 niâ redit cum magna militum manu, non hostili, sed ami-
 co animo se advenisse simulans, ut Vortigerni generi fe-
 dum fulciret, & nepoti regnum conservaret. Colloquio di-
 stus dies, ut Principum singuli cum c. c. ex utraque gente
 optimis adestent. Planities erat haud procul à Saris (nunc
 Sarisbury) in ea monticulus est satis editus (Ambricum
 tum vocatur Britannii) quo Vortigernus, & Hengistus ad
 colloquium convenere. Subornaverat Hengistus suos, prius-
 quam illò venissent, in Britannicæ nobilitatis cadem: im-
 perio tradito, ut Saxonum quisque pugionem manica dextra
 clam abditum, gestaret, quo dum signum daretur, Bri-
 tannum qui proximus sibi esset, extemplo confoderet. Pa-
 ruere subornati, & medio colloquio signo dato ab Heng-
 isto. Britanni nobiles, qui illic conveniant, Saxonum fraude pe-
 ne omnes sunt interempti. Perpauci cladem evasere, & ho-
 rum præcipuus Heldolus, vir magna inter Britannos cele-
 britate. Is arrepto à Saxone quodam pugione, in hostes graf-
 fatus, postquam nonnullos occidisset: tribus vulneribus, sed
 nullo lethali, faucibus, sese periculo eripuit. Vortigernus re-
 captus, & ad Saxonum castra perducus, cuncta oppida, &
 munitiones, & arces Britannia in Hengisti tradidit potestatem
 omni cum auro & argento, privato, publicoque. Vinculis in-
 desolus Britannica cum nobilitate, quæ recentem cladem
 evaserat, aggressumque majori parte, conjugibus, & libe-
 ris, ac fortunarum, quantum Saxonum patebatur immani-
 tas, exceptis armis, in Cambriam (nunc Gualiam) inestus
 sub silentio concessit: ubi penè omnes, qui de Britannica ge-
 nere regnarent in Albione, sedes deinceps tenuerunt, cæteris
 Britanncæ regionibus Saxonum genti ad inhabitationem ce-
 dentibus. Hengistus, majorum Saxonum gentis Londini cõ-
 fessu factò, lætis populi acclamationibus rex declaratus, fan-
 xit omnium suffragis Britannicæ nomen deinceps in Albione
 abolendum, appellandumque id regnum olim Britonum,
 nunc Saxonum. Exinde ab Hengisto ejus conditore Hengistis
 land, id est Hengisti terram: gentem verò Hengistis man, id
 est, Hengisti populum. Devenere ea vocabula ad nos, sed
 mutata paululum, ut pro Hengistis land, England, Latine An-
 gliam: pro Hengistis man, Engliſman, Latine Anglum di-
 cerent. Veritum & eodem decreto, ne quispiam Britannici
 sanguinis in Albione extra Gualie fines, post cum qui vicisti-
 mus ex eo foret dies, inveniretur: neque quis profiteretur Chri-
 stii dogma, Christianove ritu sacra perageret, capitali poena
 in edicto minis obtemperantes propolita. *H. Boetius lib. 8.
 & Polyd. lib. 2.* Cadovalladro den que rege armis, fame &
 peste presso, & in Britanniam Gallia cum suis abeunt,
 Angeli tota insula potiti, eam inter se partiti sunt. Britan-
 nis verò, qui ex patriæ excidio evaserant, portio insulae da-
 ta est, quæ ad occidentem solem spectat. Hanc deinde An-
 gli Vvalliam, & Britannos ejus incolas Vvallis dixerunt,
 quia Germani omnes externos, qui aliam habeant linguam
 sermone patrio vocant Vvallisman, id est, peregrinos ho-
 mines, pro qualibus insulae dominatum jam adepti habebant
 eos Britannos, qui sui superfuissent progeniei. *Polyd. lib.
 3, & Amil.*

Joannes Cantacuzenus, tutor filiorum Andronici junioris,
 contra Calojoannem generum suum Impetii cupiditate ex
 Asia accessit AMURATHEN I. Turcorum regem, capta
 Callipoli, eumque per Hellepontum traxit, ea con-
 ditione, ut consumpto, confectoque bello, navigio rursus
 domum per Hellepontum remitteretur. Amurathes autem
 libe-

liberaliter Imperatori adfuit. Nam duodecim millia electorum Turcarum illico in Graciam misit: quibus adjutus Imperator Marcum ipsum, ac ceteros rebelles fudit, fugavitque. Porro finito bello, septem Turcarum millia in Asiam remisit: quod reliquum fuit, praesidi loco sibi servavit, atque Amurathi gratias egit pro huiusmodi beneficio, quod tamen origo rina Constantinopolitani Imperii, ac principum nostrorum vulnere fuit. Etenim Amurathes cum ex militibus, qui in patriam redierunt, accepisset Graciam pulcherrimam esse provinciam, & pessime inter Gracos principes convenire, illico traicere destinavit, ut Imperatoris inimicos persequeretur: is illi traicere praetextus fuit. Angustias igitur Hellepontiacas anno Christianae Salutis M. C. CC. LXXXIII. transivit, duabus Genuensibus navibus in eam operam conductis: quarum altera Interiana, altera vero Squarcifaca vocabatur: qua pro sexaginta Turcarum millibus trajectis, totidem numeros aurose accipere, Turca autem cum in Graciam pervenissent, totam regionem excursum bellis infestantur. Callipolimque, ac vicina Helleponto oppida expugnantur, atque ibidem naves, ac pedres equitales ex Asia in Graciam traicendos construxere: quibus postmodum navibus B Turca exercitum continuè augens, atque omnia tanquam inimicorum Imperatoris debellans, tandem Philippolim, & Adrianopolim civitatem magnificam cepit. Inde in Serviam profectus, Lazarum Despotam praelio vincitum occidit, circa annum Christi 1373. *Jovius in Amurathe, & Constantinianus. A. D.*

Cum Saraceni late dominarentur in Asia, atque inter se dissiderent, Maugineh princeps Perfida, & Mediae, contra Imbraelem item Saracenum, Babyloniam principem, auxilia Turcorum è Caucasii partibus acceperunt. Illi duce Mucalet h victoriam potiti, opibus circa Perfidaem auclis, Saracenos ad eam desperationem deduxere, ut Mahometi facta ab his recepta, passim sint eos in Perfida regnare: ut neficias, utra gens majorem fecerit pactorum, qui tanto regno cessarent, an qui eam sibi pestem inculcari passim sint regnandi cupiditate. Unius itaque facte vinculum ita utramque gentem copulavit, ut Saraceni pro Turcis, & contra Turci pro Saracenis indiscreta appellatione aliquandiu vocati sint. Nunc Turcorum nomen invaluit, altero penè abolito. Gul. Pottellus Turcos ipsos suum nomen odisse scribit, & ignominiam tantum causam usurpatis, quod nihil aliud quam à Deo derelictum significet.

Horucius pirata ab Algetii regulo in belli societatem contra fratrem adfectus, regnum ipsent occupavit. *¶ Vide Titulum Piratarum.*

Regionem invadere.

Octavius Britannorum tyrannus, Trahero legato Constantini episcopi Sotorum superato, regnoque confirmato, Fincomacum regem Sotorum suis cum militibus, Pictis, Scoticisque multis donatis, pro cuiusque dignitate, ornatis, majoribus longè promissis, Vestmariae (cum reliquis Britanniae regionibus, quibus Carantius Britannorum rex jam pridem Crathlinthum Sotorum Regem donaverat) nunquam deinceps repetendae juramento praestito in Scotiam dimisit. At regno stabililo, promissi, datique immemor, dum Vestmariam armis repetit, turpiter victus, fugatusque, Sotorum animos à se penitus abalienavit. Nec multo post à Trahero è Gallia reverso pulsus, ad Danos confugit. *H. Boethius lib. 6.*

D Gothi, & Hunni Mesiā sub Valente invaserunt. Ceterum orto inter Barbaros dissidio, Gothi ab Hunnis eieciti, ad Romanos confugere, promittens Imperatori obedientiam. Valens eos sine ulla fœderis pacto recepit, & Thraciae partes concessit, & sperans se opera eorum usum contra hostes Romanorum militum neglexit augere numerum, que res Romano imperio perniciose fuit. *Socrates lib. 4. cap. 34.* Nam Gothi (Pomponium Letus Alanos vocat) occupata Thracia, Pannoniam, Epirum, & Thessaliam, depopulati sunt. Valens omnia persequutione orthodoxorum, Antiochia discedens. Constantinopolim venit: & clamore civium, arma adversus hostes suburbia vastantes postulantium, inflammatus, in hostes movit, eosque Adrianopolim usque persequutus, in vico quodam vulneratus, obfessus & igne crematus fuit anno Imperii 14. Domini 81. juxta Chronicon Hieronymi. Gothos subinde Constantinopolim tentantes, Dominica uxor Valentis civium praesidio, & Sacraeorum à Myvia missorum auxilio, propulavit. *Socrates lib. 5. cap. 1. Paulus Diaconus lib. 11.*

Urbes occupando.

Campani sub Agathocle stipendium in Sicilia facientes,

Mesiāe urbis splendorem, & opulentiam mirati, ubi primum peragendi fœderis oblata est eis occasio, per amicitiam in urbem recepti, violata fide, in civis imperium fecere. Mesiensis igitur partim caesis, partim fuge dilapsis, eorum uxores, liberos, ut cuique medio conflictu fors obtulerat, Campani inter se partiuntur. Ita pulcherrima, opulentissimaque urbis composita facti, ob ferociam, & contumaciam ingenium, à Marte, ut Plutarcho prodidit, Mamertini sunt appellati. Quod fœdum, & turpe exemplum haud multo post Romanae legio, qua Rhegii praesidium erat, imitata est. Livius hos quoque Campanos fuisse effiximam, Polybius verò Romanos. Ceterum quicumque hominum illi fuere, Decii Jubelli, vel ut alii scribunt, Decii, & Campani ductu Rheginos, ad quorum praesidium sub ipsum Pyrrhi in Italiam accessum missi fuerant, hostiliter aggressi, cum caede, & frage multa extortes eiciunt, eiecitis urbem occupant. Sed tam his quam illis suum scelus exitio fuit, ac prius aliquantulum Mamertini ultionem sentere, qui bello à Pyrrho rege petiti, praesidio victi multis fuit cladibus affeciti, eorumque praesidia haud uno loco dejecta. Romani in Rheginorum gratiam legionem illam circumventam ad interfectionem trucidaverunt. *Sab. lib. 7. Eneadi 4.*

Anno Salutis octingentesimo quadragésimo, in ducatu Beneventano, Sicardio principe à suis per tumultum occiso, Adelgifuus quæstor ejus ditionem invaserat. Capuani verò, cum Adelgifuus propter impotentiam ejus odium haberent, Siconolfum Sicardi filium, qui Tarenti exulabat, continuè acciverunt, ac principem esse iusserunt, eosque muris odii proruperunt, ut Saracenos, qui praedonum adhuc tantum more litora Italiae incurfantes, acciverint. Adelgifuus enim domesticis opibus se sustinere bellum posse diffusus, per Pandonem, qui Barrio praerat, Saracenos Africa evocavit: Siconolfus verò Hispaniam, Saraceni Ragusio à Pandone acciti cum essent, circa Barrium, & oram Italiae maritimam collocati, interpeffa nocte Barrium ex improvviso adorti, oppidum occuparunt, atque ipsum Pandonem intererunt. Quos Adelgifuus, muneribus, atque officiis cultos ad sui auxilium invitavit, atque eorum epè Capuam, & Siconolfi regionem omnem vastavit. Siconolfus verò Hispaniam auxilio usus, omnes praeter Syponem in circuitu urbes ab Adelgifi amicitia revocavit, & Salernum recepit. Saraceni inde per triginta ferme annos Barrium tenuerunt, atque inde egressi non solum omnem Apuliam, & Calabriam, qua Graeco Imperatori, sed etiam Campaniam ipsam, qua principi Beneventano praebat, infestam habuerunt, ac multa eorum sibi oppida subjecerunt. Decennio post Ludovicus Imper. castris Benevento admoitis, Adelgifuo, ac Massarem ducem Saracenorum, civibus eos tradentibus, in potestatem adduxit, ac Saracenos in vigiliis Pentecostes ad unum extra Urbis mœnia cum ipsorum duce Massara jugulavit: & ut belli materiam tolleret, ducatum Beneventanum inter Adelgifuum, & Siconolfum divisit, Adelgifuus Beneventi, Siconolfus Salerni Principes relictus. Hac Salernitani Principatus luere primordia. *Signonis lib. 5. regni Ital.*

* Quid veteribus congerendis infestissimæ? En ad manum, & ante oculos nostros versatur summa illa quorundam Belgarum perfidia erga Philippum Regem suum clementissimum, ultimam in Hispaniam anno 1559. Majo mense ex Belgio digressum. Quando factiones gliscere inter Rectores, & Dynastas coeperunt, & fœdera inter prima nobilitatis proceres coallescere, quibus se protinus adjuvare alii magno numero, praecore harum, ut veri fuerunt, narium Guillelmo Orangiae Principe. Eoque devenit insolentia, ut exemplo rebellium Gallorum, praetextu libertatis conscientiae, de extirpanda Catholica Religione, & regio jugo suavissimo excutiendo primò cogitarent: mox consiliis collatis etiam qua cogitarent experient, contractis passim & violatis Templis, Oratoriis, Cœnobiiis, Cœroque fugato, & immaniter trucidato. Neque hic stetit pervicacia animi, & rebellions perfidia imperus. Quin Oppida primò tutiora circa Hollandiae litora occupare, quoad ea facili accessus non esset, & nullo negotio muniri possent; mox etiam ad alia in Hannonia, & Brabantia aggressi, plerique ad conjurandum, & se fidei rebellium committendum, dedendumque cum vi, minis, caede: tum dexteritate, & promissorum vanitate, libertatibusque pallio impulerunt. Quos res eo progressa est, ut magnam Belgicæ suae partē Res Catholicas amiserit, neque exiguum opum suarum portionem in ea recuperanda jam annis quinquaginta infuimuler frustra, Fœdera sua per Politicum regimen satis feliciter, & foriter male parta defendunt.

defendentibus, & Oceana ipsam, unde oppugnandi potissimum forent, frequenti bellicarum navium classe tanquam suum possidentibus. Videatur *Florentius Vander Harende* in *titulis tumultum Belgicæ*. & *Franciscus Haræus in Annalibus Ducum Brabantiae.*

* Hugonotis in Gallia familiare, ex quo serpentina illa colluvies coaluit, erga suos Reges perfidos se exhibere, & munitoria oppida sua potestatis facere, Regem laedere, & ejus se decretis, & legibus opponere. Cujus rei lucuosa exempla, superior, & praesens etiam atas lapsis, & tonforibus nota, suppeditat.

* Neque mollius se gesserit Hulleite in Bohemia annis superioribus, quando rejecto Ferdinando legitimo suo Principe, regni Metropolim, aliaque Civitates, & Arces invadere, & Fredericum Comitem Palatinum in regem exposcere, & inaugurare aggressi fuerunt. Mox tamen superati meritis temeritatis suae penas dederunt.

Procedendo hostibus.

Therycion è Delphis rediens, cum videret Isthmi angustias à Philippo copiis occupatas: Malos, inquit, à Corinthi portarum custodes vos habet Peloponnesus. Allusit eò, quod graviter animadversi solet in civis, quibus urbis portae commissa sunt, si eas indiligenter custodierint. Multo magis ac B culari merebantur Corinthii, qui totius Peloponnesi portas Philippo prodidissent. *Plut. in Lacon.*

Zancleis, cum urbem quandam in Sicilia obsiderent, & interea urbem suam à Samiis occupatam cognovissent: urbi suae suppetias tulere ad vocato Hippocrate Gelæ tyranno, socio suo. Qui postquam ad illos juvandos cum exercitu venit, Scythæ Zanclearum monarcho, tanquam urbis defectori, & fratri ejus Pythogoni, vincula indidit, eosque in oppidum Inicum relegavit, ac ceteros Zanclearum Samiis (cum quibus publico iocutus fuerat) dato, & accepto jurejurando, prodidit: pacta mercede, ut dimidium omnium praedae urbeae, atque captivorum ipse haberet: item omnia, quae in agris essent, tanquam plerosque Zanclearum titulo captivorum in vinculis haberet, atque quorum summos quosque trecentos Samiis occidendos tradidit: quod tamen illi facere noluerunt. *Herod. lib. 6.*

Hypatius nepos Cæsaris Anastasii, cum exercitu numeroso pugnaturus contra Vitalianum Scythiam, ab Hunnis auxiliariis captus, & Vitaliano multa infidens turpissimè venditus fuit, priscum aperto Marte se hostem ostenderit. Imp. nongentis pondo auri hostem pavorit. *Cyp. A. D.*

Adaliphonius Cæsar, Bardulorum in Hispaniam rex, Carolus Magnus adversus Saracenos in Hispaniam spe regni accerserat. Carolus Bernardum Italiae regem, ex Pipino nepotem, Bardulo adoptandum offerebat. Bernardus Comes, secunda ab rege inter Bardulos auctoritas, scriptum gentis in Franciam ferri molesce ferens, Massillum regem cum ingenti exercitu ex Africa recens venientem accersit curat, percussio cum eo in Francos fœdere. Qua manu, extremo Caroli agmini in descensu saltus Pyrenæ tantam cladem intulit, priscumque recurrens Augustus ferre opem laborantibus posset, ut nullus locus clade Francorum nobilit, ac fama Roncavallis celebrator sit. *Amilius lib. 3.*

Defendendo.

Corcyra cum Graecis contra Xerxem auxilia polliciti essent, L. X. naves instruxere, & circa Pylon, atque Tanaron ora Laconum naves in statione statuerunt, observantes bellum quò caderet: si vinceret Persa, operam suam ei probarent, quòd D quamvis sollicitantibus Graecis contra illum pugnare supercedissent: si Graeci propter Ecetas se Maleam promontorium superate nequivisset dicere. *Herod. lib. 7.*

Aegilatus Spartanus Iachum Ægyptium perfidie deserit, & ad Nactanabim transit. *¶ Vide Tit. Transfuga.*

Metus Suffetus Albanorum dictator, in Romanos socios perditus. *¶ Vide Tit. Proditorum pœna.*

Anno Christi 1282. Armenii armis Sacraeorum vexati, cum à Christianis frustra opem petivissent, ab Imperatore Scythia auxilia quaesivere, impetraveruntque triginta millia Tartarorum equitum: quos freti cum Sacraenis, Ægyptiorumque rege dimicavere, magna spe debellari posse, evitque Sultanorum imperium, in Syria ad urbem Gamalam, quam Heliis Ægyptus Imperator obsidebat, signa collata sunt, acerrimèque praebantur Armenii indentes equitibus Scytharum: nec dubia videbatur victoria. Scythiarum dux nomine Mangodamerus, cum trepidare Scythas, ac in fugam inclinari, dispartique cerneret: equo pernix desilit. Qua re confecta, reliqui Scythæ, & ipsi in pedes exceperunt, insulato gentis, ut

ducem, eques milesque intuens, ejus exemplo rem gerat. Tunc collectis animis hostes, reintegratisque viribus in pugnam redeunt: Armeniosque à sociali equitate, cui uni fidebant, desertos fundunt, fugant, Gamalam expugnant, eadem faciunt. Reversis domum Scythas, eorum Imperator, sedem ductores ordinum percussit: qui eorum ductu metueant, eos omni deinceps vita ignominiae causa, habitu, cultuque muliebri agitare iussit. *Amilius lib. 8.*

Richardus rex Anglorum, cum pecuniam accepisset à filiis Saladini, duodecim ut fuerunt, comariorum (ita tum pondus significabant) ut desereret ceteros Christianos principes, conculcavit tentoria regis Franciae, & ducis Austriae, ut seditionem commoveret, quia abire properabat. Ceterum in mari naufragus pecuniam amisit male partam cum multis militibus: & vix evasit, ceteris dispersis. Venit in Austriam, ut putabatur, incognitus: at in civitate Vienna cognitus, & captus, cum fœderet ad ignem, & gallinam in veru versaret, traditque Imperatori Henrico VI. pro sua liberatione perfolvit centum, & quinquaginta millia librarum argenti. *Cranz. lib. 7. Metrop. cap. 16.*

Adolphus Nassaviensis Comes, perfidus in Edoardum Anglorum regem, ejus merebat stipendia. *¶ Vide Titulum F. Perfidia, in emptione, locatone.*

Defendendo.

Benadad rex Syriae, fœdes habebat cum Baasa, rege Israel. Sed propter munera, quae misit ei Asia rex Juda, rupit foedus. *3. Regum 15.*

Athenio, Cleopatra regina Ægyptiorum dux, in auxilium missus Herodi Judæorum regi contra Arabes pugnavit, ex consilio Cleopatrae, quae Herodem perditum cupiebat, uti Judæam ab M. Antonio obtineret, pugnae eventum expectabat, quieturus, si Arabes vincerent. Ubi verò vinci eos animadverit, cum collecta manu indigenarum, festos jam, & victoriam suam putantes, ex improvviso adortus, magnam stragem edidit. Nam Judei viribus in profectos hostes absumptis, tum vero etiam ob victoriam dissolutiones, facile cedebant, multaque vulnera accipiebant in locis asperis, & inaequalibus, quorum peritiores erant adversarii. His igitur vehementer laborantibus, Arabes resumptis animis reversi in praelium, maxima clade Judæos affecterunt. *Joseph. lib. 15. cap. 6. Antiq.*

Excludendo.

Campani, mortuo Ugone Pepulo, Florentinarum co-g piarum in obsidione Neapol. duce, Fabritii Maramaldi, Caroli V. Cæsaris copiarum ducis adventum timentes, & de Gallorum victoria nequaquam temerè desperantes, dissimulato consilio, eam Gallorum militum multitudinem adhortantur, ut delectis his, qui viribus valerent, aut qui jam ex longa valetudine vires receperissent, cum equitum, & pedum firmiore globo exire pradam vellent, quòd nihil jam Capuae pecoris superesset: ea excursionem aliquam pugnatoris obsonii copiam relatuos, & quo successu à suis praeior, atque hostibus bellum Neapoli gereretur, certius exploratuos. Probatur id consilium ab omnibus, quòd callidum, & non obscura perfidia plenum Campani obtulerunt, sic ut magna manus armis, & equis se instrueret, & sub vexillo statim portis egrederetur. Sed Campani egressis, & non multo post redeuntibus portis occludunt. Ob id desperato ingressu, ea manus uti coisue libuit dilapsa est, & Maramaldus an aversa porta in urbem est introductus, accumulata agris Gallis miseria, quando omnia armorum, & vestis instrumento expoliati, captique essent, ipsique Ugoni jam mortuo, & in aede sacra feretro imposito, inter manas sacrificulorum, ornamenta equestris cultus detraherentur. Erant enim ex eo procerum ordine, qui conchyliatum torquem, Gallig regis munere, eximii honoris causa gestare consueverunt. *Jovius lib. 26. Hist.*

Retinendo.

Tiberius Cæsar, per blanditias, atque promissa evocatos ad se reges (ut Eutropius quoque annotavit, & Eusebius) nunquam remisit, ut Archelaum Cappadocem, cujus regno in provinciam verso, & Mazacem nobilissimam civitatem, Cæsaream appellari iussit Marabodum Germanum Suevorum regem, quem callide circumvenit, quòd Aurelius Sextus scribit: ut Thralipolim Thracem, quòd Tranquillus narrat, & Tacitus. *Cuspin. A. D.*

Antoninus Caracalla, Romanorum Imper. etiam ad se tanquam ad amicum Auguram Rex Orifconorum venisset, eisdem fregit, comprehensumque in carcerem conjecit, & Orifconem rege jam delitum cepit. Regem quoque Armeniorum, qui

qui cum filiis dissentiebat, ad se vocavit amicè per literas, ut eos in concordiam reduceret: iisque eodem modo, quo Augusto visus est: Armeni tamen arma capere, quam ad ipsum deficere maluerunt. *Dion. Nicæus, & Xiphil. in Anton.*

Georgius Despotus, Myfia præfectus, ut perfidiam, qua antea negavit Jo. Corvino contra Amurathem Turcarum Imp. cum exercitu profectu auxilium, ipsius Corvini consiliis hosti prodendis usus fuerat, cumulare: Corvino ex triuana pugna in campo Merule commissa fugientem cœpit, parumque humaniter habuit: tandem tamen incolentem dimisit. Amurathes à Despote dimissum esse Corvino, cum accepisset, Frigibechum præfectum trium legionum in Rascia fines immittit ei, ut Despotis provinciam populetur, diripiatque mandat. At ille inopinatum confectus malo, ad Corvini regni Ungarici gubernatoris opem confugit. Auxilia gubernatori haud invitè promittit: & comparato mox exercitu in Myfiam, quam Rasciam dicunt, descendit. Reipublice gratia, factus immemor injuriarum, non per legatos, & præfectos auxilia misit: sed ipse ductu, auspiciisque suis expeditionem hanc accepit. Cum in conspectum hostium pervenisset, ita hostes repentinò Corvini adventu examinati sunt, ut fucitatu tumulu cuncti terga verterent. Hos insequenti Ungari, capto Frigibecho duce, multos in fuga cepiderunt. Corvino victoriam potius, captivis Despoti dono datis, ovans Budam rediit. *Bonifonius lib. 7. Dec. 3.*

Alexander Polonorum rex, cum Sachinatem Tartarorum ducentem profugum cepisset, cum quo tamen foedus antea percussisset, & in gratiam Mengligeris Turicorum Tartarorum ducis, violati damnatum foederis, carceri mancipasset: gravillimus nihilominus Barbarorum populationibus vexatus est, anno 1506. Nam paulo post, legatis Mengligeris domum reversis, mensè Majo quinque millia expeditorum Tartarorum è Taurica eruperunt, & Podoliam, Ruffiam, atque Litaniam longè, lateque crudeliter vastarunt: & præter aliam prædam ingentem, ad centum millia hominum in barbaricam servitutem abegerunt: plurimos vicos, atque pagos exarserunt, & in imbecilliorum senum, ac puerorum multitudinem immanner ferro saevierunt. Tam felici successu illecti, distracta præda, quam ruleterant, parvoque intervallo quieti dato, mox auctis viribus mensè Augusto denuò in Litaniam irruperunt. *Cromerus l. 30.*

Emungendo.

Chajanus Avarum dux, capto Syrmio, cum ad octoginta millia quæ sibi annua pendebantur, viginti millia adici petere, Imperator pacis studiosus, illud se facturum recepit. Misit etiam elephantem omnium quos habebat maximum, ei poscenti, & qui nunquam ejusmodi animal viderat. Sed enim Barbarus, qui foederis dissolvendi causas captabat, altera viginti millia præter centum priora rogavit. Quod cum princeps recusat, cum exercitu in regionem irrupit: occupatque nonnullis Illyrici urbibus, minabatur se everfuum Macrontechum, id est, longum illum murum. Qua re motus Imperator, missis legatis, pacem cum eo firmavit. Sed animus Chajani perfidus, & inextinguibilis, fraude cum Romanis agere cœpit. Et cum ipse bello abstineret, Sclavenam gentem impulit, ut agros Romanorum popularentur, & usque Macrontechon excurrerent. Imperator Commendolum ducentem elegit, quem cum magnis copiis adversus Barbaros misit: quorum magna multitudo intercepta, reliqua pars de finibus Romanorum pulla, præda, & captivi recuperati. *Cuspinianus A. D.*

Diripiendo, Vastando.

Franci afflicta Gothorum vires in Italia à Belisario audientes, cupiditate occupanda Italæ exarferunt, ac fœderis cum Gothis, & Romanis icti obliti, cum centum hominum millibus, Theodeberto rege duce, in Liguriam descenderunt, ac Pado transmissio, ad castra Gothorum venerunt, qui eos tanquam locos auxilio venisse rati, hilariter exceperunt: verum mox castris exiit, Ravennam se trepido agmine contulerunt. Franci binis castris, sed sine milite, potius, res necessarias inventas brevi abfumpserunt, & carne bovilla, & aqua Padi repleti (neque enim aliud in his locis esculentum, aut populentum erat) itam dyfenteria morbo correpti sunt, ac tertia pars perierunt. Belisarius ubi Francos adesse, & Joannem, Martinumque victos fugam cepisse audivit, literas ad Theodebertum scripsit, monens, ut foedus servare, neque Imperatorem bello lassere vellet. Quibus lectis, Theodebertus pudore captus, multis ex suis amissis, domum repetiit. *Sig. lib. 13. imp. oc.*

Saracenorum cccc. millia ex Hispania ab Eudone Aquita-

nia duce, qui Carolo Martello Gallorum Regi viribus impar erat, evocati, duce Abderama rege, cum Eudo, quo Aquitanie vindices sperarat, hostes repererunt, qui Burgdegalam dirutis templa evastarent: clandestinum foedus cum Franco icit. Ad Turonum urbem collatis signis, Eudo castra Saracenorum diripuit. Quæ clade Saraceni terri, fugam effusam fecere, & ad cccclxxv. milia Barbarorum cecidere. *Emil. lib. 2.*

Imperante apud Græcos Constantino, cum Romanus præfectus ejus, Apulos, Calabros, nonnullosque populos sub imperatoria conditione facile retinere non posset: homo facinorosissimo quoque scelere perditus, Saracenorum Regem cum maxima classe in rebelles sibi Calabros, Apulosque concitavit. Qui cum ad extremam Italæ oram appulisset, Calabros, Apulos, Salerninos, & Lucanos non modo Græco Imperatori servire coegit: sed cadibus, incendiis, & rapinis sic afflixit, ut ad interfectionem penè redegerit. Item à superno inferoque mari, & à freto Siculo ad urbis usque metenia Romæ ita omnia occupavit, ut delecta Constantinopolitanae ditionis memoria, barbarico, & prophano cuncta imperio vendicaret. Joannes decimus Pontifex Albericum Hetruriam principem magistrum equitum declaravit: qui habito repente delectu, & coactis undique auxiliariis copiis inprimis prophano hostem à Latio repulit: fugientem insequutus ad Lirim fluvium, quem nunc Garilianum appellant, conferto prælio profligavit, partaque victoria Romam ovans ingressus est. Saraceni accepta ingenti clade confecti, in Gargantum montem confugerunt: unde muniatæ, multis postea temporibus Italiam longè, lateque vexarunt. *Bonifonius lib. 10. Dec. 1.*

Hungari ab Arnulfo Imper. in auxilium contra Moranos evocati, facta femel via, Germaniam crudelissime exanderunt. *Cuspinianus A. D.*

Papienses, quos Philippus Vicecomes ob tenellam adhuc aetatem retinere in officio non poterat, studio partium concitati, ad arma concurrerunt. Gibellini, Beccaria familia duces, Fazinum Canem cum exercitu in urbem intrudere, pacis fortunam Guelpthorum. Verum cum armato milite ingressus, neutri in diripiendis fortunis pepercit. Querentibus autem Gibellinis, sua quoque bona contra datam fidem diripi, respondit, ac egregie quidem, Gibellinos falvos fore: eorum vero bona, quod Guelptha essent, militibus se in prædam concessurum: deinde utriusque factionis stultitiam, & cupiditatem. *Platina in Joanne 24.*

Communitatem negando.

Valens Imper. Vestgothis Hunnorum armis è Ponto pulsis, Thraciam, & Mesiam inhabitandam concesserat, ducibus suis Lupicino, ac Maximo præcepit, ut curarent, advenis necessaria importari. At duces stupida quadam atque inhumana avaritia excaeci, carperunt (inquit Jordanes) non solum ovium, boumque carnes, verum etiam canum, & immundorum animalium morticina eis pro ingenti pretio vendere, adeo ut quodlibet mancipium pro uno pane, aut carnium libra redderetur. Nec longè post mancipis, & suppellectili deficientibus, filios, & filias, immò & uxores (teste Blondo) pro parva eia vendiderunt. Contigit interea Fridigerum à Lupicino ad convivium dolose invitari. Sed Fridigerus doli nescius, paucorum suorum militum numero comitatus accessit, dumque se satis securum putaret, atque interrim comitum suorum in alio trichilo morientium clamorem exaudiret, illico apertas insidias agnoscentes, evaginato gladio è convivio exiit, siroque ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum infatigatè qui votivam occasionem adepti, elegerunt viri fortissimi, bello magis quam fame deficere. Igitur Romani illi duces cum pro milibus quam fama defecere omnes necantur. Gothi cum modum egresii longè, lateque populabantur omnia. Valens in Thraciam contra illos profectus, amissis exercitu in tugurio crematus est. *Joan. Magnus lib. 15. cap. 2.*

Calamitati non condolendo.

Sibaritz Mileto à Perlis direpta nullum eiderunt luctum: cum tamen Mileti prius, Sybari à Crotoniadis excisa, puberes capita raserunt, & ingentis doloris signa ostenderint. *Herodotus lib. 6.*

ERGA CONDIPCIPULOS

PERFIDI.

Fraterni amoris æmula debet esse condiscipulorum benevolentia, tantoque major, quod externi tantum convictus nomine fratres ab infidem sui parentibus mutuum contrahunt, foventque amorem: discipuli vero sub eodem præceptore tanquam

tanquam communi parente educati, animi cultu proficiunt: ut nulla honestior, nulla sanctior, nulla firmiter amicitia debeat esse. Et tamen hanc ipsam æmulatam ambrosia in Platone, & Xenophonte, Socratis discipulis, ita offuscavit, ut quamvis uterque, & multa, & erudita conscripserit volumina, in iis tamen alter alterius nullam penitus mentionem fecerit, nec commendatione sua quam certè veritas eis expressura fuerat, cum Xenophon Attica Musa vulgo diceretur. Platonis vero ore deos, si Græcè loqui vellent, ufuros passim circumferretur, condiscipuli studia extollendo, privatam gloriam immittisse videretur: usque adeo etiam philosophos, veritatis alioqui studiosos, & humanarum rerum quod videri voluit contemptores, gloriæ inanis pestilentia vexat.

Vitellius Imp. nobiles viros, & condiscipulos suos, variis blanditiis ad Imperii focietatem evocans, dolo sustulit. *Dion. Carinus Imp. in condiscipulos, qui cum in auditorio verbi fatigatione taxaverant, sevit. Cusp. A. D.*

ERGA AMICOS AMICI

PERFIDI.

OC CIDENDO.

Tryphon Antiochii adolescens Syriæ regis præpositus, dominiandi cupidine incensus, Jonathæ Judæorum duci, focioque, & amico regis, quem sibi impedimento fore sperabat, quam primum imponere deliberat. Ad ipsam veniens Bethsanem dona afferit, Ptolemaidem ei traditurum promittit: utque eo secum pergere maturat, persuadet. Ingressus urbem, ipsum comprehendit, reliquos qui cum illo venerant, ad unum cædi fecit. Accipiens deinde centum talentis, & duobus Jonathæ filius (quæ, ut ipsum dimitteret, profererat) simul cum filiis interim jussit. Antiochum deinde dominum suum dum confabulando cum illo cederet, transiit, ac regnum occupat. *Marul. lib. 7. cap. 6. ex 1. Mach. 12.*

Doras amicus intimus Jonathæ Pontificis Judæorum, à Felice Syriæ præfecto sub Nerone pecunia corruptus, clam præ turbam sicariis immisissis, Jonatham interfecit curavit, quem Felix præter liberam reprehensionem oderat. *Joseph. lib. 20. cap. 6. Antiq.*

Dionis socrum Aristomachen, & Areten uxorem, post interfectum Dionem, ut ex vinculis liberatæ fuerunt, Syraculis lectes, qui ex Dionis amicis fuerat, accepit. Hic eas fovit aliquandiu fideliter, & honestè: verum à Dionis inimicis amandaturus, præcepit, ut in curfu interficerentur, atque in pontum proicerentur. Alii vivas adhuc ajunt submersas, unaque cum his infantem, quem Arce in carcere pepererat. *Plut. in Diome.*

Calippus, quo pugione amicum simulans interemit Dionem, eodem post ipse est ab amicis sublatu. *Plut. de tarda Dei vita.*

Mortuo Antigono rege Macedonum, Philippus ejus filius Aratum Sicyonium amicum paternum coluit, & hospitio ab eo susceptus Messene nunc ipsius corrupti. Id subodoratus Aratus, simul etiam indignè ferens Messeniam regem insidias frueri, aliecit ab eo se totum. Philippus cum interficere eum avertit, existimansque, ne libero quidem sibi vivere incolu licere illo, nec dum tyranno, vel Regi nihil vi tentavit, verum uni ex ducibus, & familiaribus suis Taurionis occulto modo jussit hoc perpetrare, maxime veneno, se absente. Ille contracta cum Arato familiaritate venenum dedit ei non præceps necere acce, sed quæ lentos calores primum in corpore, & tussim excitant languidum, inde ita sensim ad tabem perducunt. Non fuit tamen res obscura Arato: verum cum nihil eam detegendo profecisset, leniter, & tacite malum, ut si vulgari aliquo, & ultimo morbo teneretur, toleranti, nisi quod in cubiculo, uno præsentè familiari, cum exereffat cruorem, inspettante illo, & obitupefcente: hæc inquit, Cephalon, regie amicitia sunt auctoramenta. Filio ejus nefarius natura, & cum immanitate contumeliosus Philippus, non feralibus, sed infamian inducentibus medicamentis mentem movit, perversitque, ut absurda, & nefanda tentaret, faciendique absona, & cum turpitudine patienti flagitiosa arderet desiderio: mors ut ei quamvis juveni, & florenti atque non calamitatem, sed maiorem finem, & salutem auterit. *Plutarchus in Arato.*

C. Gracchus cum videret sua manu à consule, & senatu loco pelli, in locum Furine confugit, L. Opimius consul se Gracchi caput auro repensurum, per præconem jussit pronunciari. Ita Septimilejus Anagninum, familiaris Graccho, cum placide in locum venisset, multa prius familiariter, ut solebat, collocutus cum Graccho, ipsum nihil suspicantem confodit, caputque abscidit: & quod esset gravior, pro cere-

bro, quod eruerat, plumbum infudit. *L. Vives in lib. 3. Aug. de Civitate Dei, cap. 24.*

Joannes Cazzianer, Croatus polemarchus, exercitum Ferdinandi Regis Ungariæ ad Ezechium turpiter deseruerat, & ob id Viennæ è vinculis causam dicere cogebatur. Simulato morbo lateritium sub cubili pavimento noctu sensim per commissuras cullæ scalpens, uno atque altero facile exempto laterculo, subiectam restidinem aperuit, atque inde ex linteis lodicius effecto fune se dimisit, & feliciter effugit, cum paratos extra artem ex condito equos ad fugam celes arripuisset. Nec multò post desperatis rebus ad Turcastansivit, eum libenter excipiente Mahomete, Belgradi præfecto, pollicenteque ei præter opima stipendia totius Croatia præfecturam, ad imaginem beneficiarii regni, si Solymanno sincera fide ad subigendas Austriani imperii urbes operam præstaret. Tum verò constituta jam præscriptis legibus transiitioe, ut cum aliquo munere ad Mahometem rediret, cum Nicolao Sdrinio ejusdem provincie regulo, sibi uti rebatur amicissimo, sidentius agere cœpit, ut unâ secum transiret. Sdrinius simulato assensu amicum veterem vel nihil tale domi suæ expectantem, post epulas obruncavit, ita ut detruncatum caput invidi ducis ad regem mitteret, in pramiumque interfecti à se amici caestæ, atque omni illius substantia potiretur. *Jo. vius lib. 36. Hist.*

PRO DENDO.

Alexandra Alexandri uxor, vidua, cum Aristobulo F. Pontifice ad Cleopatram Ægypti reginam fugere parabat, Herodis Regis generi sui insidias metuens, Ætiopus Sabionis Alexandræ amico summo rem per ignorantiam detegit. Quo cognito, Sabbion, qui hæctenus inimicus Herodis erat, suspectus quasi focus insidiarum, quibus Antipater pater veneno sublatu est, arripuit occasione conciliandæ sibi per hoc indicium regis benevolentia: & ad eum insidias Alexandra detulit. Ut ille passus eam tentare negotium, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamen erroris dedit non ausus ei mali quicquam facere. Verberat enim Cleopatram. *Joseph. lib. 15. cap. 3. Antiq.*

DEFERENDO, ACCUSANDO.

Messenius Nicagoras oderat Cleomenem Spartanum regem, in specie tamen pro amico gerebat se. Pradium ei aliquando amicum vendiderat: cujus precium ille vel ob inopiam pecuniar, vel per occupationes bellis impeditus non disolverat. Hunc Alexandriae è navi oneraria egredientem Cleomenes exul apud Ptolemaum videns (nam fortè deambulabat in crepidine littoris) diligenter salutavit eum, & de re in Ægyptum venisset, percontatus est. Cum Nicagoras equos bellatores regi se insignes diceret adducere: Mallem, inquit, sambucifrias, & cinædos. Nam hæc rex nunc moratur in primis. Nicagoras in præsentia quidem arripit. Paucis verò post diebus mentione illata apud Cleomenem fundi, oravit eum, ut numeraret precium. Ubi Cleomenes ostendit nihil sibi ex donis Regis superesse, offensus Nicagoras denudat Cleomenis dicerium Sofibio, qui apud regem plurimum poterat, & jam dudum ob virtutem suspectum habebat Cleomenem. Hanc ille ansam accepit lubens. Cæterum regem majori de causa querens irritare, inducit Nicagoram, ut epistolam adversus Cleomenem regi scriptam relinqueret, statuisse illum, si naves, & milites ab ipso accepisset, Cyrenas occupare. Ac Nicagoras quibus sibi literis vela fecit. Cum Sofibus triduo post obtulisset Problema quasi modo sibi reddidit epistolam, atque adolefcentem inflammasset, in amplis ædibus conclusus est Cleomenes. Cæterum carcerem agrè ferens, eruptione facta cum amicis tredecim, Alexandrinus ad libertatem vocabat. Nemine autem sese illi adjungente, mutuis tandem vulnibus sese confecerunt, nec in regis manus incidere. *Plutarchus in Cleomene.*

Perpenna in Hispania, Sertorio interempto, cum à seditioso exercitu fugisset, à Pompejanis deprehensus, cum inter arbitra lateret, timens ne tunc occideretur, ut aliquantisper vitam produceret, exclamavit, ut se ad Pompejum deducerent: detecturum enim se omnia, quæ ipsius hostes Romæ molirentur. Sed prius interemptus fuit, quam eum Pompejus videret. *Fulg. lib. 9. cap. 13.*

HÆREDITATE DEFRAUDANDO.

L. BARRUOLUS Lentulo Spinteri, cujus amatissimum animum, liberalissimamque senserat amicitiam, decedens suos annulos perinde atque unico hæredi tradidit, quem tamen

tamen nulla ex parte heredem relinquebat. *Val. Max. lib. 6. c. 9.*
A M. Popilius senatorii ordinis, Oppium Gallum ab incunctate familiarissimum sibi moriens, pro vetusto jure amicitiae, & vultu benigno respexit, & verbis, magnum prae se amorem ferentibus profectus est: unum etiam de multis, qui affidebant, ultimo complexu, & osculo dignum judicavit: annulos quoque suos ei tradidit, videlicet, ne quid ex ea hereditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos Oppius, vir diligens, sed moriens amici plenum contumeliae ludibrium, in locellum repositos, & ad praesentibus assignatos, diligentissime hereditibus illius exhaeres ipse reddidit. Quid hoc loco inhonestius? aut quid intemptivius? Senator populi Romani, curia egressus, homo vitae fructibus continuo cariturus, sanctissima jura familiaritatis, morte pressis oculis, & spiritu supremos anhelitus reddente, securi lusu fugillanda sibi desumpsit. *Val. Max. lib. 6. cap. 9.*
Q Caesius, five Caecilius, L. Luculli promptissimo studio, maximeque liberalitate, & honestum dignitatis gradum, & amplissimum patrimonium consecutus, cum prae se semper tulisset, unum illum esse sibi heredem, moriens etiam annulos ei fuos tradidit: Pomponium Atticum testamentum adoptavit, omniumque bonorum reliquit heredem. Sed fallacia & insidiosa cadaver pop. Rom. cervicibus refice circumdantem per viam traxit. Itaque nefarius homo filium quidem, & heredem habuit, quem voluit: sum autem, & exequias, quales meruit. *Val. Max. lib. 6. cap. 9.*

DESERENDO.

L. Lucullus in Cn. Pompejum insurgens, decreta sua, quae aboleverat ille, obtinuit, & plus in senatu potuit, adjuvante Catone. Ita expulso, & iactatus Pompejus necesse habuit ad tribunos plebis confugere, atque applicare se ad adolescentulos, quorum pestilentissimum, & audacissimum eum Clodius recepit, & obnoxium reddidit populo: quem indignis modis volutatum in foro tenens, & circumducens, adhibuit rogationum, quas ad demerendam, & illicendam plebem ferebat, auctoritatem, ac mercedem insuper poposcit, ut amicum, & eum, qui multas pro ipsius dignitate susceperat actiones, proderet Ciceronem: quem in periculum vocatum, & opem petentem ab ipso, ne in conspectum quidem admittit: sed villa exclusit venientes, & alio officio extulit se. Ita Cicero iudicii metu urbe cessit. *Plut. in Pompejo.*
Ovidius Amici cuiusdam perfidiam cum alibi, tum 4. de Ponto 3. exagitat:
*Dum mea puppis erat valida fundata carina,
 Qui mecum velles currere, primus eras.
 Nunc quia contraxit vultum Fortuna, recedis,
 Auxilio postquam scis opus esse tuo.*
 Odertum Lotrechium Gallum, ad Neapolim pestilentia mortuum, nullus Amicorum redemit. *Vide Tit. Sepulchra avaritiae causa violata.*

UXOREM ERIPIENDO.

Ariston Sparta regnum obtinens, Ageti Alcidis F. amici sui intimi, uxoris formosissimae amore captus, cum Ageto sic egit, sese illi daturum unam e suis rebus, quae unquam ille optaret: & vicissim iussit illum simile munus sibi dare. Agetus nihil de re uxoria suspicatus, cum videret Aristoni quoque uxorem esse, accepit conditionem: & in eam rem iurandum interposuit. Cui mox Ariston e suis rebus preciosis donavit, quam ille elegit. Ipse vicissim postulavit uxorem Ageti. Qui licet invitus, iurejurando tamen adactus, eam Ariston concessit: quae illi, repudiata altera, septimo mense genuit Damaratum. *Herod. l. 6.*

CONTEMNENDO.

Agellus Lylandri opera Leontychidi in regno praelatus, eiusdem commendatione a civitatibus Asiaticis contra Persas vocatus, duxit secum inter triginta consiliarios Lylandrum. Postquam vero in Asiam ventum est, Jones occasione pristinae consuetudinis, amici observantia, iniqui timore, domum ejus neglecto Agellio, celebrabant, affectabanturque eum. Agellus hoc videns, invidiaeque & ambitione flagrans, Lylandrum nulli rei magna gerenda adhibuit, verum fordiosissimo dividendum carnium muneri praefecit. Denum, quo eo liberaretur, legatum in Hellepontum misit. *Plut. in Lylandro.*

ERGA HOSPITES PERFIDIA.

Inhospitalitatem triplicem statuiimus in precedentibus, Avaritiam, Inhumanam, & Injustam. De Injusta, & Perfidia hoc in loco agimus. Priores ex Tit. Avaritiae, & Inhumanitatis petenda erunt. Huc refert Tit. Perfidia erga hospites.

IN GENERE.

Philippus Antigonii F. rex Macedoniae, Arati Sicionii viri E clariff. hospitio usus, ejus nurum polluit: qui etiam Aratum ipsum veneno sustulit, & Aratum juniorem medicamentis ad insaniam redegit. *Plut. in Arato.*

IN SPECIE. PUTA

CAE.

Godolias praefectus, Judaeae a Nabuchodonosore rege, ut reliquis Judaeorum praefectis, Ismaelcem Nathaniae F. (qui de regia stirpe) hospitio suscepit, & amice tractavit. Ismael autem aegre ferens, Godoliam eo honore a rege affectum, vino gravem conjuratorum ope interfecit, & 80. viros, munera Godoliae viro iustissimos ferentes, necatos in profundum abiecit puteum: domum inde compilavit Godoliae, & filias Sedeciae regis, quas Godolias custodiendas reliquerat, abduxit: & mox ad Ammonitarum regem confugit, praeda ingenti abacta. *Joseph. lib. 10. Antiq. cap. 11. ex 4. Reg. ult.*

Herodotus lib. 2. Menelaum docet accepta a Proteo Helena, a quo etiam magnis donis fuisse honoratus, iniquissimum hominem, & teterrimum fuisse. Nam cum retineretur tempestatibus, nec navigare posset, machinatum nefarium facinus, puerofque incolatum, quos ceperat, duos in frustra diffectos immolasse in visum ex eo cum infestaretur, actum aufugisse navibus in Libyam. Quod haud scio an quis reuletrit Aegyptiorum: immo contra, multi Helena, multi Menelai extant apud eos honores. *Plut. de Herod. mal.*

Prolemzus Abobi filius, praefectus Hiericantis, Simonem Machabazum, filioque ejus Marathiam, & Judam hospitio suscepit, honore affectis, multoque luxu apparatus convivium dedit. Caeterum cum pasti, potique essent, crapula gravatos casu semisomnos cum armatis subsecutoribus referentem inivit, oppressit, occidit, menas cruore illorem sedans, quostam benignè invitaverat. *L. Machab. 16.*

Apud Tauros Scythicum genus hominum tenuit vetus mos, hospites ad se quoque modo venientes, ad Dianam immolare. Testatur durum morem religionis, Orestis ad ea loca accessus, qui cum Iphigeniae fore inde dea simulachrum asportavit: si vera sunt, quae de eo historiarum conditores auctorum prodiderunt. *Sab. lib. 6. cap. 1. & Alex. lib. 4. cap. 10.*

Lycaon Arcadiae, eo quod hospites trucidaret, & Jovi mortalis peregrini specie membrum humana epulanda daret, ab eodem in lupum mutatus est, & a suis canibus in venatione disceptus. *Volat. lib. 16. Anthrop.*

Bufris, ex Neptuno, & Anippa Nili filia natus, viatores infidiosa hospitalitate immolabat: a quo interfectorum ulcio piacula exegit. Si quidem auctor est Hercules, & clava trucidavit. Ex Agathone Samio, multi Helena, multi Menelai comparat.

Hercules Gerionis boves per Italiam agens, hospitio a Rege exceptus est Fauno: qui Mercurii filii filius, hospitesque genitori immolabat. Is ab Hercule, quem adoriebatur, interemptus est. *Ex Dercillo lib. 3. de Rebus Italicis, idem.*

Lycus, Libyae rex, hospites Marti patri immolare solitus erat. Diomedes certe cum in Libyam tempestate ejectus esset, ab eo hospitio susceptus, a Callirhois regis filia, quae Diomedis amore capta erat, admonitis, enavigavit clam. *Ex Juva libro 3. verum Africanarum. Plutarchus in Paralleliis.*

Eryx, filius Veneris, & Buta, solebat hospites crudeliter necare. Hunc Hercules occidit. *Martialis lib. 5. Et gravis in Siculo pulvere fufus Eryx.*

Priamus Polydorum clam in Thraciam cum auro ad generum Polymeistorem dimisit. Ut in propinquo filii urbis captae direptio, puerum obtinendi auri gratia necavit. Ad ea loca Hecuba delata, circumveniente eum quasi aurum datura, suis & captivorum manibus oculos ei eruit. *Ita Euripides tragicus. Plut. in Paralleliis.*

Vastante Campaniam Annibale, L. Imbricus Rustium filium cum multa pecunia apud Valerium Gestiium depositum generum suum. Cum victoriam Annibal accepisset Campanus avaritia consuetudineque sua natura violavit, puerumque trucidavit. Post per villam profectus Imbricus, offenso cadavere filii misit ad generum quasi thesaurus commonstratus. Ut venit, oculos illi effudit, eumque in cruceum egit. *In Aristide lib. 3. verum Italicarum, idem.*

Polyzo, uxor Telepemi, cum Helenam ab Orestis filii fugatam hospitio suscepisset: ob viri zelotypiam, eam ab arbore suspendi iussit. *Pausanias.*

Cercyon in hospites, quos suscipiebat, immanis. *Vide A Tritulum Lucatorum.*
Evaphus, pastor, Polycharis Messenii filium interfecit. *Vide Tit. Latronum.*

Xerxes, cum jam ex Lydia moturus esset, Pythius Celeuius hospes (qui totumque liberis, qui Madica signa sequerentur, maximum natu sibi reliqueret, qui se jam gravem etate in re domestica administranda juvaret. Tullius Xerxes iniquo animo omen, ut credere par est, averfatus: Pythioque amarissimis verbis increpito, quod extra tot mortalium sortem filium sibi ponere ellet ausus, praefertim cum Rex, & regis liberi praesentibus essent bello asuturi: quem sibi patre depoposcerat, in duas partes dissectum, dimidium hoc ad dexteram viae, reliquum ad laevam statui iussit, exercitumque per hominem ita dimidiatum traduxit. *Sab. lib. 2. En. 3.*

Alcibiades ab Atheniensibus scriptus, victorum quoque Lacedaemoniorum metuens insidias, in Phrygiam ad Pharnabazum Persam fugit, ut inde ad regem Themistocles exemplo penetraret. Ad Spartani Alcibiadem superstitem mentes, misso nuncio ad Pharnabazum eum tollere jubent.

Ille Magaeo fratri, & Samathiri patrum hoc facinus delegavit. Agebat tum forte Alcibiades in viis quodam Phrygiae, eratque illi amica Timandra. Imago secundum quietem huic fecerit oblata est. Visus est amice esse amictus amiculo, & in ulnis illa caput suum tenens, faciem comere more ferinae, pigmentoque, & fucis illinire. Alii vidisse eum ferunt a Magae se in somno obruncari, & corpus suum comburi: atque hanc fuisse ei speciem non multo ante obitum objectam, ajunt. At illis, qui missi ad eum fuerunt, non fuit animus committere se in domum, ubi agebat: sed corona circumful succenderunt eam. Qua re animadverta, Alcibiades vestes, & stragula praerage glomerata igni iniecit, ac laeas sua circum sinistras intorta, dextera strictum tenens gladium, deiecit se in ignem, ex quo inviolatus ante evasit, quam deflagraret vestes, barbaroque conspectu fuo dissipavit. Nemo enim praesolatus est eum, neque cominus congressus: sed eminus saecula, & sagittas ingerere. Cum ad eum modum cecidisset, & recessissent barbari: sustulit Timandra cadaver, fuisseque obvelatum, & involutum tunicis, ex praesenti copia splendide, & prolixè revolvit. Hujus ferunt filium fuisse Laidam, quae dicta fuit Corinthia, cum Hicaris Siciliae oppidulo fuerit captiva abducta. Nonnulli in caeteris Alcibiadis fato his assentiuntur: auctorem caedis tamen non Pharnabazum fuisse, neque Lylandrum, neque Lacedaemonios, sed puellam Alcibiadem nobilis loci pellectam in contubernio habuisse: cujus fratres graviter contumeliam ferentes, domum, in qua debebat Alcibiades, inflammasse, atque illum se deiecit, ut dictum est, & per ignem erupisse. *Plut. in Alcib.*

Macareus Mitylenensis, Bacchi sacerdos, homo avarissimus, cum a quodam pecuniam depositum recepisset, & in recessu templi eruta terra effodisset: aurum suum depositum recessentem in templo clam interfecit, eundemque in ejus locum imposuit: At non desuit poena divinitus inflicta. Dum enim paulo post rem divinam faceret, & duos filios domi reliquerat, senior juniorem subito furore correptus interfecit: mater crudeli facto viso, eodem gladio seniorum confodit evestigio. Quae fama cum ad Macareum venisset, sacra reliquens, & furibundus in domum intrans, ruda, quam in manibus habebat, uxorem interemit. Macareus ob id deprehensus, & tormentis examinatus crudelissimis, fateatur se avaritia victum, virum bonum in templo occidisse, quo depositum fervaret pecuniam: & in ipsis tormentis vitam amisit. Sic nefanda Macarei avaritia, suo, uxoris, & filiorum sanguine vindicata fuit. *Ælian. lib. 13. de Varia. biff.*

Campani milites, qui Himilconi Carthaginensi mercede servierant, a Dionysio tyranno Syracusanorum magnis exitiis ornatos domus urbe dimisit. Qui Entellan penitentes, horati sunt oppidanos, ut sese reciperent intra urbem pro inquilinis, & hospitibus. Circiter noctis medium insurgentes occupant quos perdit opproscerant, hoi ducunt uxores: itaque ita usurpant urbis possessionem. *Diad. lib. 14.*

Aborzus, cum a tribus milibus hominum Perfidem incoletium sibi insidias parari sensit, eos ablegavit, additis viarum ducibus, qui deduxerunt eos in locum quandam Perfidis

nomine Comastum. Ibi vicorum insignis multitudo, hominumque magna frequentia, multaque diversoria. Cum enim autem aliud apud alium hospitem diverteret, fortissimum praesidio vicos egingente, quilibet hospes suum hospitium inebriatum occidit. Corpora vero trium millium terrae mandata per noctem, deque medio sublati sunt. *Polsid. lib. 7.*

Cum Tartari per Cumaniam in Pannoniam irumperent, Cuten Cumanorum Rex, per oratores apud Ungarorum regem Belam IV. de Tartarorum crudelitate questus, locum in Pannonia sibi dari petiit. Bela non modo postulans annuit, sed hortatur, ut ad se confugiant, tutissimum illis hospitium offerens. Cuten humanitate Belae motus, cum tota gente patrii sedibus emigrat, Bela obviam in fines usque progreditur, hospitemque profugum honorifice excipit. Sed cum utraque multitudo simul iter facere non posset, unus e proceribus a Bela deligitur, qui Cumanos regio sumptu in medium usque Pannoniam duceret. Praeter servitiam, quadraginta Cumanorum militia regis impensis in Ungariam venire. Cumani in itinere Ungarorum fata, vinctaque affligebant, virgines passim violabant. Quare tanta hinc in Belam suscitata invidia est, ut a peregrinis potius, quam a suis amaretur. Unde in diversis procerum animi trahabantur: hic Belam accusabat, ille defendebat. Cuten tamen pari odio omnes prosequantur. Quare cum Tartari jam in Pannoniam pervenissent, Bela rex Cutenem accersiri jubet, ut cum caeteris Cumanis ac Ungaris, Tartarico furori pariter occurrat. Sed Cuten in frementem in se populum formidans Belae responderet: Sic sine praesidio regio, quod a manibus protegat. Ungarorum ad eum ire non posse. At hac infremente multitudine, in Cutenis hospitium fit impetus: ipse ab Alemaniis, & Ungaris cum caeteris Cumanis iusta obruncatur. Capita e senectris in populum projecta, & jus hospitii nefarie laesum. Deinde Cumanii a Bela convocati dum coirent, audita Cutenis caede, ab Ungaris ad Tartaros desciverunt: & cum is icto federe, superiorem Pannoniam igni, ferroque vastarunt. Cum Ungarum interficerent, dicebant, Maronianum illud:
— hoc te vulnero Cuten

Immolat, & pavis sclerato a sanguine peseit.
Bonfinius lib. 8. Dec. 2.

Henricus, Godfcalci Vandolorum principis Christiani F. occiso populari tumultu patre, Critonis tyrannidem declinavit exul in Dania. Multo post Danorum ope Aldenburgum a mari oppugnans cepit: & omnem maritimum Vandolorum provinciam vastans, praedam adduxit secundò, & tertio. Crito jam senex, & laboribus impar, praeter spem Henricum ad pacis aequas condiciones videbatur admittere, & concessit ei villas opportunas ad habitandum, quem vi nequibat, ad convivia juvitatum fraude oppressurus. Slavina, Critonis conjux, insidias detexit, maritum jam vetulum exosa, Henrici connubium affectans. In finetum ejusdem, Henricus Critonem vicissim invitavit ad convivium. Multa potione temulentum, cum triclinium vir statuta procerus, jam incurvatus, egredieretur, Danus quidam securi percussum stravit, & uno ictu caput amputavit. Henricus Slavina conjuge accepta obtinuit principatum paternum, occupativaque munitiones, quas ante habuerat Crito. *Crantz. lib. 3. Vandaliæ, cap. 19.*

Varslaus dux Volgaensis Degenardum Buggenhagen, virum militarem, primarium ejus terrae, qui Conradum Bonnou Sundensium Ecclesiarum pastorem, quietis publica turbatore, & latronem, oppreserat, ad epulas invitavit, in quodam molendino. Evocati eodem duo Sundensis oppidi proconsules, non venere, quod forsasse quid ageretur, subdolefissent. Inter epulas, venit ex familia principis, qui diceret, magnam adquirere globum armorum. Mox confurgens Degenardus, quod erat, suspicatur, vindices venire necis Contradi. Ubi parat abitum, a quodam astante percussus in caput ense, cecidit. Irruere armati, & in conspectu principis mox jaentem oppreserunt. Ex Urbe Sundensis statim mittitur in casti arcem nuncios de necis domini, & ut diligenter tuentur, monet. Nec diu post venit Degenardi casti scutifer cum valida manu, missus a principe, ut arcem, Volde dictam, ejus nomine acciperet in potestatem. Sed exclusus frustratur. Sundensis, ac Griepwaldensis, cum ferrent indignissimè necem optimi, & amicissimi Degenardi, nec essent in ejus cognitione, qui vindicarent: arma corripunt, arcem oppugnant, captamque, dilapsis prius paricidis, communiunt: brevique interposita

interposita mora, Meferon, quo se contulerant, expugnant. A Loci dominus linte confectio, in lacu perit. Sedecim in arce capti alligati equorum pedibus per urbem trahi rotis excarnificantur. Cadaver fubmersi jam penè corruptum, corio infuit, & rota fixissimum, volucris cœli exponitur. Idem lib. 10. cap. 55.

Proditiōe.

M. L. Drusus Magulfam Mauritaniam principem, quem hospitio susceperat, Bocho prodidit, pecunia corruptus. Salsinius.

Elicentes supplicem Themisto virginem tradunt tyranno. Vide Tit. Fortitudo in tyrannis tollendis, reprimendis.

Cajanus rex Avarum, pecunia corruptus Leontio Imp. Justinianum II. exulem prodidisset, ni ab eo ad Terbellum Bulgarorum regem confugisset, Sigebertus in Cron.

Edouardus IV. cum Anglia regnum caso Henrico VI. & principibus omnibus, qui aduersati fuissent, intercepit, occupasset, Henricus Edmundi Richemondia Comitis E. qui solus ex sanguine Henrici VI. supererat, ad Franciscum du-

cem Britannia supplex confugit. Edouardus cum Duce, & precibus, & precio egit, ut eum penes se in libera custodia detineret, ne elapsus res novas in Anglia moliretur. Non multo post conscientiam simul agitatus, cum vivo Henrico nihil se turum sibi fore crederet, Britannum auro expugnavit, ut Henricum ad se transmitteret, filiam suam sese ei daturum promittens. Legati magno cum gaudio ad sanum Maclouii urbem maritimam pergunt, ut inde conscensa navi, in Angliam navigent. Henricus, qui sciebat se ad mortem trahi, ex mœnore animi, in itinere in febrem incidit. Interea Joannes Chenlettus inter Britannicos principes summus, & duci maxime acceptus, ruri erat: ac ubi id factum rekvit, rei indignitate permotus, celeriter in aulam rediit, & suoque more, adivit familiariter ad ducem, taciteque stetit aliquandiu, sic, ut dux miratus eum tam delectum gerere vultum, petiverit, Ecquid sibi vellet illa inveni- stititia, quam prae ferret? Ad ea Joannes Ducis factum se- vere reprehendere cepit, qui auro deceptus, supplicem hosti prodidisset. Cujus verbis Dux motus, qui antea vel

Henicum ab Edouardo fraude peti ignorarat, vel pecunia ab honestate deducit: illico Petrum Landosum quaestorem suum mittit, qui Henricum interciperet. Petrus celeritate usus statim post Anglicanos sanum Maclouii pervenit: simulato- que negotio, dum eos longiore sermone detinebat, pet- suos Henricum vix femivivum in asylum, quod in ea urbe est involatissimum, induxit, atque non multo post metum mortis liberatum, ac ob id jam satis confirmatum, ad ducem reduxit. Polyd. lib. 4.

Athenulphus Abbas Cassinensis, Dattum quandam Apu- lina primatem, qui, Graecis Apuliam igne, & ferro miserè va- stantibus, ad ipsum cum conjugè, & liberis confugerat, hosti- bus prodidit: à quibus sacro infusus, in mare precipitatus est. Ad quos necis ultionem, & ne forte Graeci tota potirentur Italia, cum Henricus Imperator maximas in Italiam copias ducere Peregrino Colonienfi Archiepiscopo mitteret: Ate- nulphus nullum sibi in Italia tutum locum prospiciens, Hy- druntum profugit: & assumptis preciosissimis monasterii re- bus, ingressus navim, ut in Graeciam traiceret, unà cum so- cius naufragio perit. Quo cognito, Imperatorem dixisse fe- runt: Lacum aperuit, & effudit eum, & incidit in focam quam fecit. Praeluit monasterio annos undecim. Chron. Cassin. lib. 2. cap. 40.

Ulicus dux Bohemiae Micislaum Poloniae ducem hospitem Conrado II. Imp. hosti dedere vult. Vide Tit. Ho- stium libertati per fraudem non infidari.

Gemes Othomanus à Bajazete Turcorum Imp. fratre pul- sus Petro Buissonio Gallo, Rhodiorem equitum magistrum, se commiserat. Ab eo prater expectationem carcere inclusus, & aliquanto post, ut turis atque humaniis servare- tur, in provinciam Gallia finitimam est transfusus. Nec multum inde Innocentius Pontifex cum Buissonio transegit, ut e Provincia Romam adveheretur. Qua re impetrata, non multo post ipse Buissonium, quem Rhodus egregie defensa omni honore signum effecerat, & hoc quoque merito in collegium Cardinalium recepit est. Fuitque Romae Gemes magnum vestigal ipsi pontificibus per aliquod tempus, cum Bajazetes alendo fratri quotannis quadraginta millia aureo- rum nummum pontifici numeraret. Ingressibus in Italiam Gallis, Alexander VI. Pp. inito jam cum Atagonis fo-

dere: Georgium Bucciardum Ligurem ad Bajazetem misit, qui doceret, quanto apparatu, quantisque classibus Ca- rolus VIII. Gallorum Rex, juvenis gloria, & profere- di imperii cupidus, Neapolitanum invaderet: quomusque demum opibus confecto statim Italico bello in Graeciam ef- fet trajecturus: propterea ut in loco petere, ut Gemes si- bi traderetur, cuius auspiciis cuncta sibi facillora eo bello futura confideret. Caeterum Pontifex cum Alfonso Nea- politano rege sedes percussisse, paratogue esse communi consilio eius gentis impetus terra, marique sustinere: quando neque milite, neque classibus egerent, modò aliunde pecu- nia juvarentur. Una autem ea ratione Bajazetem, si qua sua parte aurum in stipendia suppeditaret, Graecie rebus op- portune consulendum. Bajazetes qui cuncta haec cum e spe- culatoribus, tum multis etiam Alfonso literis, atque legatio- nibus vera esse dixerat, Georgio gratias egit, & suavit, ut cum Dautio legato suo, qui & pecunia, & secretiora de hisce rebus mandata deferret, in Italiam reverteretur. In his mandatis erat epistola Graecè scripta, qua rex Bar- barus multa arte Pontifici suadebat, ut Gemen fratrem, F tanquam aliena religionis hominem, veneno tollendum curaret. Id si praestaret Pontifex, ducenta millia aureo- rum nummum integra fide se perfoluturum promittebat: Christianique inconfutibilem tunicam, sicuti paucis ante annis Longimane lancea cuspidem transmississet, dono daturum: neque unquam, dum vita maneret, moturum ultra arma adversis Christianos. Et Alexander quidem Bajazeti mo- rem gerens, Gemen Gallo tradidit: sed leno prius veneno potionatum, ita ut non multo post in Gallia periret. Jo- vius lib. 20.

Stupro.

Ixon à Jove deorum convivio adhibitus, Junonem de stu- pro compellere fuit ausus. Eapropter ad inferos detrusus, ro- taque alligatus perperis circumvolutione cruciatur. De eo Pindarus Pythiorum odes, secunda:

Σύν δ' ἰσορροπίαις Ἐξογ κἀνά τιμῆν Ἰξονος ἄρῃν, ἐν πύργῳ περὶ τῆς κατὰ νῆας Ἰωνίου. Ἐν ἰσορροπίαις ἀναβῆς ἴνα ἰσορροπίαις ἀνδρῶν.

Ulysses cum erraret circa Siciliam, Tyrrheniamque, & Siculum mare, pervenit ad Aëolum, & in insulam Meligundi- dem: qui ipsum pro sapientia fama veneratus, cum multa di- gnitate tractavit, & de Troje excidio, & quomodo ipis ab illo discedentibus naves dispersæ fuerint, percontabatur. Multo autem tempore ejus hospitio usus est. Haec unica erat filia unice dilecta, Polymela, qua clam cum Ulyse co-ibat. Is vero ventos secundos naetus, navigavit. Puella de- prehenditur Trojana quaedam ipsia habens apud se relicta, & super his multis lacrymis provoluta. Quare Aëolus Uly- sem etiam abscent plurimis malis affecit, Polymelam vero in animo habuit occidere. At Diorea frater, ejus amore captus, eam à parente impetravit: ac persuasit, quo concederet eam secum cohabitare. Neque vero solum apud Aëo- lum deliquit Ulysses: sed & post reditum, cum procos per- misisset, in Epirum oraculorum quorundam seiscitantorum gratia profectus, Tyrimma filiam corrupti Evippen: qui H cum familiariter exceptum, cum omni benevolentia hospiti- o dignatus fuerat. Filius ei natus est ex ea Euryalus. Hinc matre cum ad pubertatem accessisset, misit in Ithacam, si- gnis quibusdam ei exhibitis in tabula expressis, quibus cog- nosceretur. Ulyse forte fortuna absente, Penelope ea cog- noscens, Ulysi redenti persuasit, ut occideret Euryalum, tanquam qui infidias ei struxisset. Ulysses prae ipæ impotentia sua manu filium occidit, neque multo post ipse quoque à Telogono filio marina turris spina fauciatius interit. Par- then. de Amat. cap. 2. §. 2.

Demophoon Thefei filius, Phyllidi Thraciæ reginæ fide- dade connubiū, cum clam discessisset, eam ad laqueum im- pulit: cujus hospitio fuerat usus, ab expeditione Trojana nau- fragus rediens. Ovid. in Heroïdibus.

Catonis Uticensis Filius in Cappadocia apud Marphadatem divertens, uxorem ejus, quam is Plychen appellabat, corrupit: unde exiit jocus, Porcius & Marphadates ἄλλοι δύο, ἄλλοις γυναι- κίδεσσι, Amici duo, Psyche una. Item, Generosus, ac illustri- Cato, ἄλλοι δύο ἄλλοις γυναι- κίδεσσι: erat quippe regulus Marphadates Cælius lib. 24. cap. 9. A. L.

Raptu.

Reptu. Priami filius Paris, five Alexander perfidi Laomedontis nepos, ex hospite factus est prado. Helenam regiam matro- nam regio throno abduxit: quo se flagitio, suosque cum ipsa patria male prodidit. Sab. lib. 7. cap. 2.

Exaltatione.

Fridericus Austriae Dux, Belam IV. Ungariæ regem, ca- so à Tartaris exercitu cum paucis elapsum, simulato hospi- talitatis officio in sinibus Austria blandè suscepit. Sed mox ejus in potestatem redigendi occasione querens, magnam ab eo pecuniam repetiit, quam sibi ab eo injustè olim ex- tortam querebatur. Rex ut majora incommoda declinaret, quam quæcumque in numerato atque habebat, exsoluit: ceteram dat- tis vasis aureis, argenteisque reperiit. Infuper tres comitatus Austria finitimos adiecit. Quod Ungari adeo indignè tulere, ut præda Australium comitatibus illis imposita trucidarint. Eo faciore exacerbatus Fridericus, infectis armis citiorem Ungariam, non minori crudelitate, quam Tartari ulterio- rem, depopulatus est. Sed tandem reversus cum præda Tartaris in patriam, Bela auxilium & Dalmatia accessit, Fride- ricum acie vicit, eumque Ungarus quidam singulari certami- ne trucidavit. Bonfinius lib. 8. Dec. 2.

Vinculis.

Cn. Domitius Bituitum Avermorum regem, ad successorem Q. Fabium confugere paratum, specie colloqui comiter hos- pitio invitatum vinxit, ac Komam deportandum curavit. Cuius factum Senatus neque probavit, neque rescindere vol- uit. Val. lib. 9. cap. 6.

PRIVIGNI, NEPOTES INJUSTI ERGA

PARENTES, AVEM, AVIAM, VTRICUM, NOVERCAM.

Consule Tit. Pavia perfidia erga parentes.

IN GENERE.

Tiberius Cæsar matrem Liviam gravatus, velut partes sibi æquas potentia vindicantem, & congressum ejus assiduum vitavit, & longiores, secretioreseque sermones, ne ejus con- siliis, quibus tamen interdum, & agrè uti solebat, regi videretur. Tuliæ tam perindignè ætæ à Senatu, ut titulus suis quasi Augusti, jita & Livie filius adiceretur. Quare non parentem patriæ appellari, non illum insignem honorem re- cipere publicè passus est. Sed & frequenter admonuit majori- bus, nec foemine convenientibus negotiis absisteret: præci- pue ut animadvertit, incendio juxta aedem Veltæ & ipsam in- tervenisse: populorumque & milites, quo enixius open ferrent, adhortatam, secuti sub marito solita esset. Dehinc ad simula- tum usque profecit, hac (ut ferunt) de causa. Instanti sæ- pitius, ut civitate donatum in decurias allegere, negavit alia se conditione allecturum, quam si patreter adscribi albo, extor- tum id sibi à matre. At illa commota, veteres quosdam ad se Augusti codicillos de acerbitate, & intolerantia morum ejus è facrorum protulit, atque recitavit. Hos & custoditos tandem, & exprobratos tam infestè, adeo graviter tulit, ut quidam putent inter causas secessus hanc ei vel præcipuam fuisse. To- toto quidem triennio, quo vivente matre adfuit, semel omnino eam, nec amplius, quam uno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox, neque agræ adesse curavit, defunctamque & dum adven- tum sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto dem- um, & tabido corpore funeratum prohibuit consecrari: quasi id ipsa mandasset. Testamentumque ejus pro irritò habuit, omnesque amicitias, & familiaritates, etiam quibus ea fu- dencis curam moriens demandaverat, intra breve tempus af- fluxit: uno ex his equestris ordinis viri etiam in Latoniam con- demnato. Suetonius.

Nero matrem Agrippinam honore omni, & potestate privavit: abductaque militum, & Germanorum statione, contubernio quoque, ac palatio expulit. Neque in divexan- da quicquam prelii habuit: submissis & qui Romæ morantem- libus, & in secessu quiescentem, per convicia, & jocos, ter- ra, marique pratervehentes inquietaverat. Verum minis ejus, ac violentia tritus perdere statuit. Et cum veneno ter ten- tasset, sentiretque antidosis præmuniam: lacunarum, qua noctu super dormientem luxata machina deciderent, para- vit. Hoc consilio per conficos parum celato, solutium na- vem, cujus vel naufragio, vel camera ruina periret, commen- tus est: Atque ita reconciliacione simulata, jucundissimis li- teris Bajas evocavit ad solennia. Quinquatrum simul cele- branda: datoque negotio triarchis, qui liburnicam, qua advecta, velut sortuito concursu confingentem, protra- xit convivium. Repetenteque Baulos, in locum corrupti L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

navigii, machinosum illud obtulit, hilarè profectus: atque in digressu papillas quoque exsolcatus, reliquum temporis E- cum magna trepidatione vigilavit, opperiens ceptorum exi- tum. Ceterum ubi aliter evenisse comperit, L. Agernium matris libertum, cum gaudio ad eum reversum, ac nuncian- tem Agrippinam matrem factò naufragio nando ad litus per- venisse, humero tantum remorum impulsu molea trepidatio- ne leviter fauciat, cætera incolumentem terram tenuisse, tan- quam non nuncius sibi à matre, sed percussor adesset, jussit interfici: misit & qui eam utcumque affictam occideret, & quod vix crederem, nudum corpus, ut erat in lecto jacens, confossum spectasse dicitur, tractasseque etiam singula mem- bra, ac laudasse quaedam, alia vterupte, nec verbo tempe- raste flagitiosiore, Ode lib. 2. in ista maximo mœtore ἄρῳ; Ne- scivi; inquit, mihi esse matrem adeo venutiam. Et ille talis fuit in matrem, cujus specie noctu læ exagitari potest confes- sus est, terrerique verberibus furarum, facibusque ardentibus, F quæ sibi intendi viderentur. Tentavit ob id magicis sacris ma- ternos manes evocare, propitiareque sibi utcumque precibus. E. Suetonio Sab. lib. 2. Eon. 2.

INOBDIENTIA. FILII

INOBDIENTES.

Thefei oblivio, & incuria præcepti de velo, vix meo judi- cio, quamvis longa excusatione, atque apud socordes judices, patricidii crimine eximatur. Quod sanè advertens Atticus quispam planè difficilem esse defensionem, Aëga fingit ap- pellente nave cum properè curreret in arcem, speculandi cau- sa, & offendisset, præcipientem fuisse delatum, quasi comitibus carussisset, aut properantem ad mare esset secutus. Plut. in comparatione Romuli, & Thefei.

Xanthippus Periclis filius, cum sua sponte erat pravus, tum uxorem juvenem, sumptuosamque duxerat, filiam Istandi filii Epilyci. Hunc patris offendit frugalitas, in suppeditanda mi- nutatim pecunia restrictioris: Misit itaque ad amicum quen- dam, à quo patris nomine nummos accepit mutuo: quem post, cum repeteret suum, etiam in judicio Pericles voca- vit. Adolefcens eo factò offensus Xanthippus, infectatus est parentem ad mortem usque. At non multo post corpeus pe- titulencia interit. Plus, in Pericle.

Pericles erga Philippum patrem Macedonum regem con- tumax. Vide Tit. Regnandi libido ambitiosa.

In Maza urbe regia Cappadocia (sicut August. in lib. de Civit. Des scribit) Decem fratres fuere, septem ma- res, & tres foeminae, inter suos cives non ignobiles: qui cum matri viduae parum obtemperarent, ab ea maledi- cti sunt, moxque divinitus ea poena coerciti, ut hor- ribiliter omnes membrorum tremore quaterentur: ex quibus duo ad Augustinum pervenere, Paulus frater, & Palladia soror: & apud monumentum beati Stephani mar- tyris orantes sanitatem consecuti sunt. Aen. 5. §. vicius c. 48. Aste.

Ludovicus Savellus Leccensis (est autem Lecca lacus La- rrii portus nobilis) Cal. Maii cum aequalibus suis in fumos montes lacui imminentes profectus, ut festis fronde penates pro more civitatis ornarentur: patris diras, & imprecationes, si eo abiret, negligens, dum in præterito ranum frondosum amputat, immitentis nixu cavernosa terra sublabente, per decli- ve lapsus, lenti virgulti apprehensione se quidem à præci- pitio servavit, sed dum per horas quoniam ramo adherens delassatur (pendulum autem ex clamore animadvertunt quidam in alto navigantes) neque popularium cura dimissos funes præ imbecillitate apprehendere, & retinere possit, frustra in subjectam ripam calcitrans, plumis instratam de- cidens, in medio aere propter loci altitudinem suffocatus perit, parentibus moestissimis, cognatis item, & affini- bus contumacis adolescentis casum non fictis lacrymis deplorantibus. Thomas Porcacchius lib. 2. Nobilitatis Co- mentis.

IGNOMINIA. PARENTES NON

HONORANDO, IGNOMINIA AFFICENDO.

Consule Titulum, Senectutis contemptus.

DIGNITATE EXUENDO.

Henricus III. Imper. Agnetem matrem, foemina pruden- tem, ac ejus facta minime probantem, à rerum administratio- ne amovit: ex quo illa relicta omnibus Romam fecerit. Volaterranus lib. 23. Anthropologie.

Candianus Venetus dux cum posthabito majore natu filio, A Petrum collegam adoptasset: ille paterna necessitudinis immemor, prodicione parentem depellere eo honore tentavit, ut solus ipse dux remaneret. Propter quam rem à Venetis in exilium pulsus, tamen nunquam defuit bello patrem laesere, donec senio, molestiaque confectus decederet. Fulg. lib. 9. c. 11.

ACCUSANDO, REPREHENDENDO. Telemachus Ulyssis filius, stolidus passim ab Homero introducitur: tum quia etate minor, tum quia sub matre educatus. Itaque matrem non magnopere colens introducitur, primo Odyssea. Penelope enim mater, cum Græcorum clades, & errores à Musico decantari egre ferret, sic eam stultus increpat Telemachus, procorum mores, quam parentis referens:

ὄχι δὲ τίς αἰὶν ἴσασα, καὶ πατρὶς ἔργα κλύει,
ἰστέον ἰδὼσα τὴν αἰ, καὶ ἀπεπρόσωπον ἄλλοθεν
ἔργον ἰσχυρίζεται, μὴδὲ δ' ἀδ' ἴσασα μὴδὲ αἰ
πατρὶς, μὴδὲ αἰ ἴσασα τὴν ἴσασα καὶ τὴν ἴσασα

Alexander Macedo, tot regum, & nationum victor, dum è deorum vuls se natum femine, matrem Olympiadem, ut impudicam accusat: Philippi patris, veluti abiecti hominonis pudet, & Jovem libidine captum de nitidissimo celo loco in immundissimas terrarum fordes trahit. Pontanus c. 12. lib. 1. de Obedientia, ex Plutarcho Alexandro.

Sophocles tragicorum princeps, filios habuit pessimos: inter quos Iophon, & ipse tragicus, cum accusavit, ut vacordum, & delirum: petens, ut bonis ei interdiceretur. Gyradius Dial. 7. Hist. poe.

M. Annæus Lucanus poeta, sub Nerone Cesare comprehensus (velut Pisoniana conjurationis confectus, de qua audacter nimis loquutus erat) ut tormenta adhiberi sensit, totus, præ nimio vivendi desiderio immutatus, Neroni, incoluntiam pactus, promittit magna se detesturum: atque ut ei aliquid diceret, quod credi posse videretur, matrem suam Acciliam innocentem accusavit. Verum pro tanto scelere, ut gratiam, qua dignus acciperet: intra paucos dies inter alios conjuratos occisus fuit, vitæ ingenti scelere in paucos dies producta. Fulg. lib. 9. c. 13. ex Suetonio.

Garfias apud patrem Sanctium (qui major Avarca ductus est) Castulonensem, atque Navarrensem regem, falso adulterii Geloriani matrem accusavit, quod ei commodare equum recusasset, quem uxori magnopere Sanctius vir commendaverat. At ipsius privignus, naturalis Sanctii filius, Raynirus armis eam adversus omnium accusatorum calumnias defensorum se obtulit. Tandem re patefacta, monachi cuiusdam opera, cui Garfias vera factus detreptum est certamen, & regina crimine liberata. Quæ ut in privignum grata esset, præteritis liberis, mortuus Raynirus, Aragomii regni, quod ipsi dotale erat, hæredem fecit. Fulg. lib. 9. c. 11. ex Toletan. lib. 5. rerum Hisp. cap. ult.

IRRIDENDO. Cham Noe filius, cum patrem in medio tabernaculo ebrium jacentem detectis pudendis vidisset, id fratribus suis retulit, ut eo veluti spectaculo jucundo delectarentur. Illi vero retro accedentes pallium adversis oculis patri iniecerunt, eumque tæxerunt. Noe edormito vino, Cham maledixit: Sem vero, & Japhet benedixit. Gen. 9.

MORTUOS VIOLANDO.

D Tarquinius Superbus Servium Tullium, Sextum Romanorum regem, ut regno succederet, morti dedit, ejus filiam, nomine Tulliam, in uxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadem regnandi libidine, qua maritus, adco rebulles spiritus in patrem gessit, ut quamvis illi veniam pater dedisset, quod in eum conjurasse primum deprehensus pro certo esset: quippe qui patrem se in filium, non regem meminisse vellet: levitate tamen ingenii in patrem iterum conspiravit. Quod cum rescivisset Carolus, diu animi anceps, dubiosusque, quoniam modo filium castigaret, cum postremo monasticæ vitæ addidit, memor adhuc patrem in filium potius animi, quam regii. Egnat. lib. 4. cap. 9.

Francisci Folcarii Venetorum principis, quem sua ætas iure sapientem credidit, flagitiosus filius felicitatem infecit: quem sepius tortum ob parricidii suspensionem, tandem in exilium eicere coactus est. Pontan. lib. 2. cap. 9. de Fortit. domest.

NECANDO. PARRICIDIUM. Apud præcos Parricidium dicebatur, quoties homo hominē occidisset,

Sceleris parras cum Tarquino Tullius conjux, que per casti Membra parentis esse Jovis Impia curus, laceroque seni Violenta rogos nata negavit.

Constantinus Heraclii F. Imperium gessit per menses IV. A quibusdam admonitus, coronam, qua regno inauguratus fuerat, cum patre esse sepultam: Callinico cubiculario mandata, uti eam sibi asferat. Abiit ille, & sepulchro recluso cadaver Heraclii aquæ instar dissipatum reperit, coronamque capiti adhærescentem, eam cum crinibus revellit mæstus, atque lamentans, & Constantino adfert. Is solvi, ac confirmari jubet coronam, & æstimata est libris LXX. Cedren.

PERFIDIAM. FILII PERFIDI ERGA

Parentes.

VITÆ ILLORUM INSIDIANDO.

Artaxerxi Persarum regi ex pellicibus centum quindecim fuere filii: tres iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates, Ochus ex iis Dariurum extra Perfidiū morem, ubi rex tantum morte mutatur, per indultam patrem regem, ubi tunc fecit. Cæterum Darius post novā pietatis paternæ exempla novum, & ipse aliquid, immo inauditum ausurus, interficiendū patris consilium cepit, ob Aspasiam concubinam denegatam. Communicato tam nefario proposito cum quinquaginta fratribus, non est inventus, qui adversum ire conarctur. Causa parricidii, vel ipso tamen parricidio scelerator. Aspasiam uxorem habebat Artaxerxes: eam quoque, ut sibi cederet, efflagitaverat Darius: promiserat indulgentissimus pater: sed mox penitentia ductus, Solis sacerdotem illum legit, quia perpetua ibi castitas rebus necessaria. Verum frustratus eventu, parricidii inauspicatissimi cum complicibus, numini, paternæ majestatis ultori, dedit: revocatis ad supplicium, quoque infelicibus liberis, & uxoriibus: ne tam abominandi sceleris ullum prope vulgum extaret. Cælius lib. 11. cap. 17. A. L. ex Justini lib. 10. & Plut. Artaxerxe.

Antipater mali patris sceleratissimus filius, cum regni cupiditate duos fratres, Aristobolum, & Alexandrum clandestinis delationibus Herodi patri invidios reddidisset, tanquam parricidii cogitator reos, ut strangularentur, effecit. Furis inde agitur, Romam abiit, & potentissimos quoque muneribus sibi conciliavit. Clam Pheroræ Herodis fratri venenum misit, ut eo Herodem tolleret. Venim detectis illius infidiis, mortuo Pherora, ipse Romam accessit, & in vincula conjectus, occisus est, & nullo funere in castello Hyrcanio conditus, parricidii dignas sibi pœnas. Josephus lib. 16. & 17. Antiq.

Sarciaiter adversus patrem suum Tigranem Armenia regem ita cum amicis consensit, ut omnes dextris manibus sanguinem mitterent, atque cum invicem forberent. Val. Max. lib. 9. cap. 11.

Antonius Severi Imp. filius, parentem palam sua manu occidere est conatus. Nam cum forte equitaret unā cum patre, reliquoque exercitu: equo refrenato, magno silentio percommode gladium distinxit, ut tergum patris percuteret. Quod ubi animadvertenter ii, qui simul equitabant, exclamaverunt protinus. Quorum clamore percitus filius, à parentis nece abstinuit. Dion. Njææus.

Fuit Carolo Magno Imp. Pipinus Gibbosus filius, iusto conjugio nequaquam genitus, quem plurimum semper amasse visus est. Is immemor paterni in se amoris, adco rebulles spiritus in patrem gessit, ut quamvis illi veniam pater dedisset, quod in eum conjurasse primum deprehensus pro certo esset: quippe qui patrem se in filium, non regem meminisse vellet: levitate tamen ingenii in patrem iterum conspiravit. Quod cum rescivisset Carolus, diu animi anceps, dubiosusque, quoniam modo filium castigaret, cum postremo monasticæ vitæ addidit, memor adhuc patrem in filium potius animi, quam regii. Egnat. lib. 4. cap. 9.

Francisci Folcarii Venetorum principis, quem sua ætas iure sapientem credidit, flagitiosus filius felicitatem infecit: quem sepius tortum ob parricidii suspensionem, tandem in exilium eicere coactus est. Pontan. lib. 2. cap. 9. de Fortit. domest.

NECANDO. PARRICIDIUM. Apud præcos Parricidium dicebatur, quoties homo hominē occidisset,

occidisset, hoc est par patrem videlicet eo sæculo, quo cruciat delitas erat occidisse bovem, aut gallum gallinaceum. Dem cum cepisset esse vulgare, ut homo occideret hominem, parricidii vox ad summam impietatis significationem deflexa est. Cælius autem error facis coriæciæ, cui insuebat ur parricidia, simul inmissa vipers, finia, & gallo gallinaceo, atque ita prouiciebatur in profuentem. Erasmus in Adagiis.

Ozias Amos propheta patrem suum vehte per tempora transiit, quod contra mandatum Hieroboam regis verbum Domini prædicaret.

Manasses rex Juda, feritatis insigne spectaculum, avum suum maternum Iſaiam, ligna ferræ, quo magis affligeretur, fecari præcepit. Hieronymus, Thomas, & Nicolaus de Lira: & Fulgofus lib. 9. c. 2.

Saralar, atque Adramelech fratres, patrem Sennacherib, Assyriorum regem, in templo Misrach, sive Jovis orantem, cum ab expeditione adversus Ezechiam suscepta reverfus esset, ne ab eo immolarentur, interemerunt. 4. Reg. 11.

Hecateem sanguinariam proflus foeminam, scribit Diodorus, aconitum comperisse primum, heque Perlam patrem permiserit quo argumento putant eruditi, herba hecateidos nomine aconitum Ovidio in Metamorphoseon libris præmonstratum. Cælius lib. 12. c. 22. A. L.

Legimus Caspios, gentem immanem, & feram, parentes includere fame necare, cum jam ætatis annum septuagesimum excefferint. Baſtrianos Oneciferis scribit, parentes senio morbo confectos, canibus apponere, ad hoc ipsum de industria eunt, quoque illarum gentium vocabulo sepulchrales vocent. Cælius lib. 11. cap. A. L.

Alcmaon Eriphylen matrem interfecit. Vide Titulum, Ab infamia curati.

Telesmachus, Pisistratus patrem, Orchemeniorum regem, jurante autem occidit, ac corpore ejus in frustra discerptum, sub velis reſtum abſtulit, dicens: In celum à Diis ratum esse: quemadmodum de Romulo Romani dixerunt. Fulgofus lib. 6. c. 11.

Bellus Pzonius necaverat patrem. Quod cum diu clam fuisset, post cœnans apud extraneos milites, hirundinum nidum lancea fodit: quo depreſo, pullos occidit. Cum dicerent, autem, qui aderant: Quæ malum reſte movit, ut facinus tam dirum ederes? Nonne jam peridem, inquit, hæc sallo testimonio suo, quasi parentem interfecerim, inflamem facient me? Quo dicto, qui aderant obtuſepaſchi, renunciaverunt regi, ac facinore deprehenso pendit Bellus supplicia. Plut. de ter. d. Der vindicia.

Dionysius tyrannus matrem per venenum necavit. Ælianus lib. 13. de Variis historiis.

Major Dionysius, cum graviter morbo conficeretur, quaſivita Medicis Dion, si forte majori esset periculo, ut sibi faceretur. Nam vellet se cum eo colloqui de parricidio regno, quod fororis suæ Aristomaches filios ex illo natos, patrem regi putabat debere habere. Id medici non tauerunt, & ad Dionysium filium ex Doride sermonem tulerunt. Quo ille commotus, ne agendi esset Dion potestas, patri soporem medicis dare coegit. Hoc æger sumpto, somno sopitus, diem obit supremum. Tale initium fuit Dionysii simulacris: eaque multis post rebus aucta est. Probus in Dione.

Ardeus Pamphyliæ tyrannus, parentem senio confectum, & natu majorem fratrem occidit. Plato lib. 10. Polit. Cælius lib. 11. c. 17. A. L.

Eucratides, qui Bactris Imperium tenuit, dum post fugatum Demetrium, Indoſque subactos Bactras pererit, à Filio impuro, & flagitioso, quem socium regni acceperat, infidiis trucidatus est. Cæde patris non contentus filius impiſſimus, per defuncti corpus currum egit, & insepultum abiicit. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 6. & Fulg. lib. 9. c. 11.

Antipater Caſſandri Macedonum regis filius, matri Theſſalonica Aridæ filia succedebat, quod in regni diſiſione, mortuo Caſſandro, ad Minorem natu filium Alexandrum vita eſſet inclinata. Quamquam eſſus lacrymis ipsa eum oraret, & aperto pectore ubera ostenderet, quibus eum aluerat: in memoriam autem se revocans, à se genitum esse ipsum, atque enutritam, ita ut ad commiſerationem omnes moveret: ipse tigræde truculenter, ne ſuſpicio quidem edito, eam interſici juſſit. Fulg. lib. 9. c. 11. ex Juſtini lib. 16.

Attalus, Philometor ex ſcelere per antiphrasin cognominatus eſt, quod matrem interfecit. Livius lib. 58. L. B. Theat. vit. Hæc. Tom. VI.

Ptolemæum Polybius scribit, Philopatora cognominatum ex facinoris crimine, quod patrem Ptol. Evergetem vita exulisset. Cælius lib. 11. c. 17. A. L.

Ptolemæus filius Epiphaniſ, matrem Cleopatram dedit morti. Unde Philometor dicitur eſt. Alex. lib. 1. c. 2.

Nicomedes Pruſiam patrem, Bithynia regem, dominandi libidine vita ſpoliavit.

Damaſcius Syrus, Simpliciæ ex Sicilia, & alii docti viri convenerant, ut in Perſiam ad videndum Coſſoem regem unâ abirent. Revertentes domum, inventum in agro Cadaver inhumatum. Inhumanitatem Perſarum deſtaſti illud ſepeliunt. Noctu unus eo comitatu obverſari ſibi vidit ſpeciem hominis ſenis, & venerandi dicens. Noli inhumatum corpus humare, perſicte canibus lacerandum. Terra univerſorum mater matris corruptorem hominem non ſuſcipit. Ille expergefactus, aliis ſomnium expoſuit. Itaque manè reſreſſi in illum agrum, videntur corpus nudum in campi ſuperficie jacere. Agatius lib. 2. Græcor. epigr.

Μη δὲ λυγρὸν τὸν ἀδικοῦντα, ἢ καὶ κατὰ νόμον γίνεσθαι. γὰρ κατὰ τὸν νόμον κατὰ τὸν νόμον ἢ δὲ λυγρὸν ἀδικοῦντα.

De Poliano, quodam parricida in 2. Epigr. Ammianus de parricis, sic scribit:

Μητέρα αἰς, πατέρα ἄλλοι ἀπέκτανον, ἄλλοι ἀδελφῶν. πολυὸν τὸν σπῆς, πρώτος ἀπ' οὐδ' ἰπποδῶν.

Phraataces Parthorum regis Pharaatis ex Thermusia serva Italici generis F. ablegatis Romam obſidum ſpecie legitimus filius, à patre in ſpem regni educatus, moram non ferens naturæ, patrem oppreſſit, ſed priuſquam opes ſuas conſervare, per tumulum interiit. Joſephus lib. 18. c. 3. Antiq.

Illud Romuli præcellens inſtitutum laudari eximie ſolet: qui cum parricidæ nullam ſtaſiſſet pœnam, homicidium tamen omne, parricidium nuncupari voluit: quod hoc impiiū, atque nefarium, illud autem impoſſibile eſſe ducere. Fieri tamen poſſe, poſt conditam Urbem annis ſexcentis L. Oſtius porrentoſi ingenii homo, & proruptæ audaciæ docuit, qui omnium primus patrem necavit. Cælius lib. 11. c. 17. A. L.

Ariſtobulus Judæorum non ſolum Rex, verumetiam Pontifex, matrem cum tribus filiis, qui ipſi fratres erant, in carcere, propter falſas regni ſuſpicionis, interſici juſſit. Vide Tit. Regni ambitioſa conſervatio.

Antigonus Judæorum Rex, matrem, quæ ab Hircano III. patre domina fuerat relicta, in vinculis fame interſecit. Vide Titulum, Libido regnandi.

Phraates Orodus Parthorum regis filius, parentem (qui Pacorum filium, quem in bello contra Ventidium amiſerat, lugens, præ dolore in furorem verſus, ſili canibus obſistere non poterat) cum triginta filiis, quoniam ab ipſo regni ſucceſſor designatus eſſet, occidit: graviter exigit temporis moram, vicino jam morti patre, ferens. Quamobrem cum is inſivum ſe omnibus animadverteret, ne quoniam regis ſtirpis vivere pateretur, filium ſuum jam grandiuſculum interemit. Fulgof. lib. 9. c. 11.

Vitellius matrem Sextiliam ſuſtulſiſſe creditur, quia ita comperſet fore, utrum demum imperaret, ſi matri ſuſperſet. Alii eam à filio venenum imperatre ferunt immittentium malorum metu: jam enim à primæ eſus orto Mathematicorum prædicatione ita illius genitura exhorruit, ut pro aſſiſto ſit filium lamentata, ubi primum comperit Imperatorem eum ſalutatum ab exercitu. Sab. lib. 3. Eon. 7. ex Suetonio.

Julianus Hoſpitator parricida ex imprudentia. Vide Tit. Penitentia religioſa.

Albanus parricida, poſtæ martyr. Vide Titulum, Penitentia religioſa.

Cum Coſſoſ Perſarum Rex, (qui Hormiſdam patrem regno, & vita privaverat) grave bellum cum Heraclio Imperatore gereret, Siroes filius ei cum regno vitam ademit, quod Medarſem natu minorum filium hæredem inſtituiſſet, quemadmodum ante Coſſoſ Hormiſdæ patri fecerat. Fulgofus lib. 9. c. 11. Vide Tit. Imperium alteri collatum ambicioſè vindicare.

Henricus Vandaliæ princeps, cum filios inſolentibus haberet, Henricum atque Joannem, coſque crebrius increparet, nec permitteret uſibus eorum plenos luptrum, ſiringeretque fraſna libidinis: illi patrem in venatione agentem, armis oppreſſerunt: ſperantes rem atrociffimam, aucti poſſe, aut caſibus venationis (qui variis funt) imputari. Vicini principes Magnopolenſes, propinquos ſuos armis aggregati, terra